



91.6.4
32

УНИВ. БИБЛИОТЕКА
Р. И. Бр. 14395

ITINERARIUM ALEXANDRI

EDIDIT

Dietrich
DIDERICVS VOLKMANN



NVMBV RGI
IVLIVS DOMRICH

PROLEGOMENA

ITINERARII ALEXANDRI liber manu scriptus non uidetur superesse nisi unus Ambrosianus, ex quo post tertiam fere partem a Muratorio (Antiquitt. Italicæ. III, 957 sqq.) male deformatam Angelus Maius parauit editionem principem, quæ prodiit Mediolani anno huius sæculi XVII, repetita illa in Classicorum Auctorum a Maio editorum tomo VII (Romæ MDCCCXXXV), postea in Curtio Lemairiano (Parisiis MDCCCXXXIII Vol. III), denique paucis quibusdam maculis abstersis in Caroli Muelleri libro de scriptoribus rerum Alexandri magni conscripto, qui adiunctus est Arriano Duebneriano. Neque eorum, qui præterea emendando Itinerario operam dederunt, quisquam rursus codicem inspexit aut excussit, ut is qui vulgo fertur uerborum contextus una nitatur Maii auctoritate. Quem cum in scriptoribus edendis festinantius quam accuratius rem gessisse constaret, incerta sane et lubrica erat emendandi condicio. Quo magis opportune accidit, quod cum dudum de hoc scriptore denuo edendo cogitasset, eius negotii facultas mihi facta est insigni Guillemi Stude mundi benignitate, qui comiter intercedente Rudolfo Schoellio mea causa codicem cum editione Mediolanensi diligentissime contulit, et ita contulit, ut re cum puluisculo, ut aiunt, exhausta neque ulla iam reliqua sit scripturae dubitatio et de toto codicis habitu certissimum fieri possit iudicium.

Est igitur codex Ambrosianus, quem infra in adnotatione mea A littera signaui num. P. 49 ordin. superior., membranaceus, formæ quadratæ, sæculo undecimo scriptus, Auenione Mediolanum delatus, id quod testatur inscriptio manu Olgiati, primi Ambrosianæ bibliothecæ antistitis, anno MDCV in fronte libri exarata („Auenione uehendum curauimus“); continet Iulii Valerii libros de rebus gestis Alexandri et Itinerarium Alexandri, illos in fronte mutilos, hoc in fine. Olim complectebatur plus undecim quaterniones, quorum qui reliqui sunt nouem — nam perierunt primus et quintus et quæ undecimum excipiebant folia admodum pauca — iustum octonorum foliorum numerum complent, imo margine suo quisque numero signati, nisi quod quartus non octo est sed nouem foliorum, de industria a librario in eam compagem auctus, ut Iulii Valerii liber primus ipso quaternionis limite terminaretur, et decimus septem tantummodo foliis constat, octauo folio ab ipso scriba resecto. Atque incipit Iulius Valerius a primi libri uerbis *ad uotum procliuitas fiat*. Neque enim improbo et q. s. (I, 18 ed. Mueller.) et continuatur ad usque codicis paginam CVIII, ut quaterniones complectatur II—III, VI—VIII, fol. 5 med., ubi finem faciunt uerba *alexandriae sacratissimum habent*. EXPLICIT



OBITVS ALEXANDRI·INCIPIT ITINERARIVM EIVSDEM. Sequitur igitur Itinerarium, quod ab eodem librario scriptum posteriorem codicis partem efficit, quat. VIII, fol. 5 med. X XI, ut sit paginarum triginta sex, quae suis seorsum numeris signatae sunt, quamquam librarium utriusque scriptoris libros ad unum quasi corpus consociare noluisse ex ea quam descripsi fasciculorum condicione necessario colligendum est. Itinerarii pagina septima — eadem septima est meae editionis — est palimpsesta, sed Studemundo teste et pristina scriptura et posterior ab eiusdem scribae manu profectae sunt. Nee maioris momenti est, quod ex tinctura a Maio adhibita codicis paginae 6 (= pag. 6, lin. 9 porgi—lin. 10 Dario) et pag. 36 (= pag. 28, 17 et 18; 29, 3—10) nonnullae litterae prorsus euanuerunt, quas tamen cum de scriptura satis constaret singillatim enumerare nolui.

Plurima vitiose scripta ipse librarius inter scribendum correxerat, cuius rei indicio in adnotatione critica litteris usus sum *man. pr.*; reliquas correcturas ab altera manu eodem saeculo factas neque ultra pag. 14 mei exempli procedentes litteris *man. alt.* additis significavi omnes. Atque eorum quidem, quae ab ipsius scribae manu correctae sunt exempla collegi haec: *tali* corr. *man. pr.* ex *tale* 3, 13; *lenocinaretur* ex *lenicinaretur* 4, 4; *candidus* ex *candibus* 4, 10; *adpulerere* ex *adpuluere* 5, 9; *Ilium* ex *Iliam* 5, 10; *transitorie* ex *trasitorie* 7, 8; *comitabantur* ex *cominabantur* 7, 15; *insperata* ex *inspirata* 8, 25; *dixisse* ex *duxisse* 8, 25; *alites* ex *alitus* 11, 20; *habito* ex *habitu* 12, 19; *Alexandri* ex *Alexandrum* 14, 15; *internuntium* ex *internuntiuom* 14, 25; *suos* ex *sucso* 17, 4; *refuge* ex *refugie* 17, 12; *hos* ex *his* 17, 25; *meotis* ex *metis* 19, 9; *itinere* ex *tempore* 19, 10; *cohiberent* ex *cohibebant* 20, 11; *niuis* ex *niuis* 20, 15; *mutilatis* ex *mutatis* 21, 8; *negglegebat* ex *negglebebat* 22, 2; *puniri* ex *superari* 22, 4; *praeiret* ex *praeilret* 23, 8; *cupiis* ex *cupiis* 24, 1; *se* add. 25, 21; *patria* ex *patri* 27, 12; *forte* ex *fortem* 28, 20; *populum* ex *populum* 28, 22. Quibus accedunt nonnulla quae radendo eadem manus in integrum restituit: *muniam* 7, 9; *Aeropi* 7, 4; *fugerant* 7, 16; *praeuersos* 8, 18; *reuenit* 10, 9; *ancipiti* 13, 25; *Besus* 18, 4; *metu* 20, 5; cf. praeterea quae adnotaui ad 6, 18; 7, 5; 18, 3; 23, 9; 24, 2; 25, 7. Alia est ratio paucorum quorundam locorum, ubi scriba corrigendo si non pristinam scripturam restituisse, certe ad genuinam lectionem propius accessisse putandus est; velut quod 5, 6 *hicoris* correxit ex *hicoris*, quamquam de his verbis constituendis etiam post Letronnii et Haasii emendationem a me receptam aliquam relinqui dubitationem in adnot. dixi. Idem fere cadere sentio in corruptissima verba 22, 14, ubi in *erat* uocabulo correcto ex *esset* aliquod uerae lectionis uestigium seruatum esse quamuis tenue apparet. Restant duo tantummodo loci, quibus genuinam scripturam ipsa scribae correctura obscuratam esse concedendum est, quorum alter est 2, 19: *sequitur* (c litteram supra s add. *man. pr.*) *simplicitas*, quae quidem uerba recte se habere iterum ac saepius ab aliis monitus aegre mihi persuasi; alter 7, 29: *una clipeo loricaque uel telo tum casside*, ubi quod scriba restituit *cum casside* — casu nescio quo factum est, ut eius rei mentio in adnotatione critica ommitteretur — dubito an longius absit a uero (coll. 15, 7: *opes tamen eius et arma tum cidarin et q. s. et 22, 11 sq.*).

Pergo ad alterius manus correcturas, quarum hae sunt praecipuae: *itinerarium* ex *itinerarum* 1, 2; *subeo* ex *subit* 1, 8; *eius* ex *eis* 1, 12; *quemque* ex *quisque* 2, 2; *occupato* ex *occupatio* 3, 11; *crebrioribus* ex *crecibrioribus* 4, 4; *audendum* ex *audiendum* 4, 6; *oneriosior* ex *onesior* 4, 8; *iuuentae* ex *iuuenta* 4, 9; *Philippis* ex *Philipis* 4, 16; *tumultuatas* ex *tumultuatus* 4, 19; *cantantibus* ex *cantibus* 5, 2; *ueris* ex *uerbis* 5, 2; *equitumque* ex *equitatumque* 5, 4; *punitum iri* ex *punituri* 5, 15; *utrimque* ex *utronque* 5, 19; *nihilominus* ex *nihilominis* — qua in uoce excedenda peccauit typhotheta — 5, 21; *aditu indemni* ex *aditumdemni* 6, 19; *heredis* ex *heredes* 7, 4; *additis* ex *additi* 7, 4; *secundam* ex *secunda* 8, 7; *grauarentur* ex *grauearentur* 8, 11; *ducebat* ex *ducebant* 13, 3; *concurso* ex *concurso* 13, 4. Quibus accedunt, ut omittam quae ad orthographiam pertinent, uerba nonnulla radendo ab altera manu emendata, uelut *improuidus* 4, 7 et *inuisit* 9, 16. Haec omnia ita sunt comparata, ut menda aliquot leuiora recte sublata esse statuendum sit; at contra multo minus prospere res correctori cessit, cum aut uox aliqua addenda erat, aut grauius corrupta erant uerba, quam ut facilis correctura ultro se offerret. Neque enim recte addidit *deditus* uocabulum 3, 18, a librario omissum cuius loco Diltheyum secutus dubitanter scripsi *expeditis*, nec multum profecit, quod 4, 14 pro *usi* restituit *usus*, cui scripturae minus recte, siquid uideo, patrocinatus est Haasius, et aperte uitiosum esse apparet *caluit* uerbum 3, 9, cuius duae postremae litterae in rasura scriptae sunt. Quid quod nonnumquam factum est, ut uerba quorum facilis esset emendatio etiam magis deprauaret aut uerbis sanissimis nouas aspergeret maculas? Quo ex genere est *mora* uocabulum ex *more* factum 8, 11, eum aperte scribendum esset *morae taedio*; *qui* perperam mutatum cum *quo* 4, 7; *pateretur* 8, 13 cum *paterentur*; *si* particula 8, 13 ante *modo* uocabulum nulla idonea causa insertum; item *est* 3, 9 post *factusque* additum, quo omnis dicendi concinnitas tollitur; neque erat, quod *incitamento* formam 1, 13 tangeret aut *Peloponnesenses* scriberet 4, 14 pro eo quod scriptum inuenerat *Peloponnesis*, cum eiusdem accusatiui terminationis alia exempla extant, cf. *ingentis* 5, 1; *omnis* 6, 7; *hostis* 13, 14; *frontis* 14, 2. Similiter peccauit quod *remoras* uocabulum 4, 3 priscum illud et rarius sane usurpatum, sed quo ne posteriorum quidem temporum scriptores prorsus abstinerent, prima syllaba inducta ad usitatiorem formam reuocare studuit, qua quidem re, sicut plurimis aliis Maius se decipi passus est. Eiusdem denique stultitiae indicio est, quod 7, 1 *Alexander audit* scripsit, *er* litteris in rasura exaratis, qua genuinam scripturam *Alexandrum* interiisse apparet.

Transeo ad alia uitiorum genera quibus codex inquinatus est plurimis et grauissimis. Atque ut mittam, quae leuiora sunt, uelut litteras quasdam frequenter inter se commutatas (*cl* et *d*, *c* et *t*, cf. 15, 12 *cum est iectare*, ubi restitui *tum expectare*, 11, 10 *cum tuni-culis*, ubi *tum cuniculis* scripsi ex Haasii coniectura, *t* et *i*, cf. 9, 29 *excidit* pro *excidi*, 11, 2 *et* pro *ei*, 11, 9 *ut* pro *ui* alia) et corruptelas aliquotiens ex compendiis *) minus recte intellectis obortas, cf. *permittit* pro *praemittit* 5, 11; *est* pro *esset* 10, 17; *puget* pro eo quod

*) Compendia in adnotatione mea indicaui omnia praeter constantem *quoniam* particulae scripturam, quae est *qm*, ita ut lineola supra *m* litteram addita sit.

probabiliter mihi uideor restituisse *prouidet* 21, 21, quae res Maium nonnunquam fefellit (cf. adnot. ad 6, 15 *pro onere* et 18, 12 *peractis*): saepe factum est, ut una uel plures syllabae intereiderent; ueluti recte Maius *desiderati* scripsit 15, 9 pro eo quod codex exhibet *desirati*, *defecerat* pro *fecerat* 15, 9 *more* pro *mo* 15, 21; *regionis* pro *regis* 16, 8; *insequitur* pro *inquitur* 16, 20; *turbido* pro *turbi* 19, 26; *uniuersi* pro *uersi* 17, 1; Haasius *exercitum* fecit ex *eum* 12, 21; *ac simul* ex *acsim* 11, 15; *ciuilibus* ex *ciuibus* 12, 17; Klugius *magna* uocabulum 11, 1 eruendum uidit ex codicis scriptura *ma*; 22, 10 *intento* ex *inte* coll. 6, 10 *etiam tunc ei in haec intento*; 23, 8 *praeoptare tumque* ex *praeoptatumque*; Kochius 12, 5 *credenda idoneum* ex *credendum*; ipse *audebat* scripsi 14, 2 pro eo quod in codice est *deat*; 11, 10 *uindicaret* pro *uinceret*; 20, 1 *potiturum* pro *potium*; 28, 18 *grauamen* pro *gramen*; neque quod 7, 24 *oneratior* restitui pro codicis scriptura *ratior* improbatum iri confido, quoniam arma, quibus Alexander indutus in Cydnum amnem descendisse fertur, in terram enanti ei magno fuisse impedimento consentaneum est, ut multo uehementius uis frigoris in corpus penetraret; contra si cum Haasio scriberes *sudorator*, uel *uaporator* cum Wagnero, molestam haberes et plane inutilem eiusdem notionis repetitionem.

Prope ab hoc corruptelarum genere abest, quod interdum una aliqua uocula intereedit, quae qualis fuerit plerumque cum ex ipso uerborum contextu, tum ex eorum, quae antecedunt aut sequuntur uocabulorum similitudine colligi potuit. Nam ut paucis defungar, dubium non est, quin recte quae pronomen Maius inseruerit 27, 7: *petram quoque quae Aornis uocatur affectat*; nec minus recte *abnuat* uocabulum addidisse mihi uideor 17, 20 propius illud ad antecedentis uocis *obniti* litterarum ductus accedens, quam Maii *negat* et *uoluit* Kingii. Non particulam bis addidi 12, 11 ex coniectura Kochii (*quo non purior crystallus*) et 11, 16 (*non insciens*), quamquam his uerbis etiam aliter consuli posse concedo, modo ne Maium audias, qui eum *insciens* dici potuisse existimauit pro eo quod est *sciens*, non sine aliorum exemplis, ut ait, incredibilia molitus est. Difficilius est diiudicare, rectene se habeat an secus, quod 10, 2 de eadem negatione ante *facile* inserenda cogitauit Haasius, quoniam Itinerarii uerba non ubique eum Arriano consentire certum est. Neque immerito *magis* uocabulum 11, 1 a Kochio interpositum esse aliis eiusdem scriptoris exemplis potest comprobari. *Vsi* uocabulum 28, 14 post *sexus* inserendum esse et 24, 16 *uno aduabilem calli* scribendum Klugius uidit; *amici* post *Abii* 23, 1, *regem* ante *reperiunt* 16, 17, *pro portione* uerba ante *pretium* 24, 2 ego addidi. Similiter *musicis* uocabulum 5, 2 cum Theodoro Zachariae inserendum et *uatibus* addendum esse iudicaui post *cantantibus* participium, quod tertium casum intellegi uolo ex constanti huius scriptoris dicendi usu: in qua scriptura siquem offendat uerborum similiter cadentium neque tamen sociandorum uicinia, is respiciat uerba 21, 10 *nam et cetera eius cultus et affluentiae more Medorum suorum plerique iam sedulo auersabantur*, quamquam non uehementer repugnabo, si cui satius uidebitur pro eo quod est *uatibus dictum* scribi *Aristandro dictum*; cf. Arrian. I, 11, 2: *Ἀριστάνδρος δὲ, ἀνὴρ Τελμισαεὺς, μάλιστα θαρροῦν ἐπέλεσεν Ἀλέξανδρον· δηλοῦσθαι γὰρ ὅτι ποιηταῖς* et. q. s. Nolo autem silentio praetermittere aliter de his uerbis iudicauisse Kiesslingium, qui malle se scribere *ideoque* (siue

indeque) *laboris fore ingentis musicis litteratisque laudes eius cantare dictum*, paucis diebus abhinc per litteras mihi significauit. Accedit quod *Pasargadarum* urbis notionem 16, 2 recte inseruit Klugius, licet Maii ineptiis seductus, quem ad modum uerba essent refigenda, parum perspexerit, cum urbis illius nomen non in *pde* compendio delituisse, sed addendum ante *praedae* uocabulum neque *Pasargadas* formam, sed *Persagadas* (cf. Zumptius ad Curt. V, 20, 10) restituendam fuisse appareat. Ceterum eundem Klugium de nominibus propriis ex Arriano aliisque scriptoribus emendandis bene meritum esse non diffiteor, (cf. 14, 11 et 21; 16, 10 alia); unum mihi enucleandum reliquerat *Oxyartae* nomen 24, 11 ex iis quae codex habet *quomodo si arte*, quae quidem emendatio ut est certissima, ita etiam magis eo stabiliri potest, quod in eodem codice peruerse scriptum est *Osum* pro *Oxum* 18, 7. Sed ut redeam ad propositum, male nonnunquam lacunam aliquam statuuisse et suis additamentis expleuisse Maium censeo; neque enim erat, quod *iterum attulit* uerba 22, 19 adiceret, quoniam *reuerentiam* accusatiuus pendet a uerbo *attestabantur*, et 11, 14 sanissima sunt quae in codice scripta sunt *Dius Aegypti faci*; cf. praeterea quae adnotaui ad 12, 18. Verum ut in eis quae modo attuli, genuina scriptura aut certo aut magna cum specie ueri potuit restitui, ita nonnulla sunt, ubi plura intereiderunt, quam ut uerba scriptoris coniectura possint inuestigari, cf. 22, 20 et 27, 10, quibus in locis indicare lacunam quam incerta sequi malui. Neque fateri non possum, poenitere me nunc duas coniecturas in uerborum contextum recepisse, quarum una est *iniquus erat* 5, 17, cum praestaret inter *impetu* et *plus* uocabula lacunam eamque maioris ambitus significare*) altera, quod *sumere* uerbum 8, 4 addidi, eorum quae Kuehnastius in libri de syntaxi Liuiana p. 153 disputauit immemor.

A lacunis pergo ad contrarium corruptelarum genus, uita dico dittographia quam uocant exorta. Quae cum multo angustioribus finibus contineantur, paucis afferendis acquiescam. Habes igitur *plus sua* scriptum pro *plus ualeat* 6, 1, *confidentiam insequentium* 6, 18 pro *confidentiam consequentium*, *more et taedio* 8, 11 pro *morae taedio* cf. Haasii miscellan. philol. lib. II p. 24; errore bis exarata sunt *spoliis* 15, 1 et *ducit* 17, 18. Eodem pertinere uidetur uox *difficultate* 17, 23, quamquam possit quispiam conicere, ibi scribendum esse *ac nominis perpetuitatem*; denique nescio an alterum illud *usa* 18, 2 inducendum fuerit; cf. praeterea quae adnotaui ad 4, 14 Sed longe alia ratio est uerborum quae sunt 17, 9 *Arachotas barbaros barbarorum*, in quibus mutandis, cum intacta essent relinquenda, Maius nimium indulsit libidini.

Spuriorum additamentorum exemplum certum non habeo nisi unum *Tyros* nomen 10, 1. Kochio suadente seclusum, nisi forte huc pertinere statuas, quod 3, 7 *quoniam* post *siquidem* induxi Maium secutus. Verum retinenda esse iudicaui uerba *Baziphara siue Hora* 26, 3 — nam *Horam* formam admittere non debebam — quae Kochius in suspicionem uocauit, emendanda quae Haasio spuria uisa sunt *seu fluento* tanquam glossema antecedentis uerbi *elemento*

*) ibidem dubito an cum Diltheyo *agmen nauigabile* scribendum sit pro ea quam male credulus seruauit codicis scriptura *agmen nauate*.

7, 19, cum facilis esset coniectura seu feruente uictus aestu; quoniam fluente aestu, de quo Kiesslingius cogitauerat, scribere non sum ausus; denique sine idonea causa me iudice 13, 10 uerba *id loci nomen est* a Klugia addubitata sunt, quamquam de hac quidem re potest in utramque partem disputari. Quae autem Maius omisit, nulla ille ratione sed sola ductus leuitate, cum singula uocabula, tam totum illud enunciatum 27, 15—17, ea enumerare et inutile foret et molestum.

Denique uitium scripturae paucis aliquot locis transponendo sanandum fuisse consentaneum est; cuius rei documento sunt uerba *quo auctus* 7, 11 manifesto errore post *magis* uocem traiecta, quae suo loco restituit Haasius. Parem medellam uerbis corruptis afferendam esse quae sunt 14, 2 mihi persuasit Kochius: *Bactris paene frontis in medio numero* — malim nunc *frontis inmodico numero* — *claudentibus conuertit Alexandrum nuntius suppetiatum suis post fugientibus quis imminebat*; in quibus si *hostem fugientibus* scribas ex Klugii coniectura, sententiam quidem habeas sanam, orationem non item; quae ut expedita fiat et numerosa, necessaria est haec uerborum collocatio: *suis, quis hostis fugientibus imminebat*. Simili modo ipse 22, 15 sq. *multis praemonitis* uoces sedem mutare iussi, etsi locum grauius affectum prorsus sanatum esse non spondeo. De uerbis desperatis et desperandis 4, 10 nolo nunc pluribus agere.

Haec habui quae de codicis condicione ad emendam scripturam spectantia proponerem; nam quod in animo habui de uocum scribendarum ratione agere temporis angustiis uetor; id unum moneo, quotiens a codicis orthographia recedendum putarem, eius rei in adnotatione mea mentionem esse factam, nisi quod 7, 4 non *clementiam* habet ille, sed *clemenciam* et saepissime *ae* et *e* uocales confunduntur. Est autem codex, id quod et ex eis colligi licet, quae supra attuli, et prima quaeque pagina docet, tam uariis sordibus tamque foedis maculis inquinatus, ut de uera scriptura inuestiganda plurimis in locis prorsus desperandum sit, donec noua subsidia accesserint. Atque alium aliquem codicem extare Parisiis fidem faceret is, qui de Itinerarii editione Maiana exponens in annalibus qui inscribuntur Bibliothèque universelle de Genève, tome septième, troisième année, littérature MDCCCXVIII p. 217 ait*), Maium etiam ex Parisina bibliotheca subsidia (des secours) parare sibi potuisse, nisi uerisimile esset haec uerba aut ad Iulium Valerium una cum Itinerario a Maio editum, aut eo pertinere, quod Iulii Valerii codex regius 4880 duos Itinerarii locos continet alterum uerborum contextui immixtum, in margine alterum (cf. Mueller. l. s. s. p. 48. 120. 157. 167), qui dubitari non potest quin ex Itinerarii codice ab Ambrosiano diuerso petiti sint. Sed in eam rem inquirere prohibitus sum belli tumultu et Gallorum uerborum discordia.

Itaque sola nititur Ambrosiani libri auctoritate quem infra exhibui uerborum contextus, multis tamen uitiiis coniectura purgatus. Atque praeter ceteros**) multum ad emendam scripturam contulit Fridericus Haase in miscellaneorum philologicorum

*) ab eodem uiro docto anonymo — F litteram initialem subscripsit — 2, 6 recte scriptum esse *quae priora sunt tempore* et 2, 13 *peteret aut declinaret* per litteras Göttinga amice me docuit Curtius Wachsmuth.

**) post Maium unus Letronnius (Journal des savaus a. 1818 p. 401 sqq.) pauca quaedam emendauerat.

libro secundo, qui prodiit Vratislaviae a. MDCCCLVIII; accedit quod idem nonnulla bonae frugis in margine sui exempli editionis Maianae notauerat, quod cum post mortem praematuram uiri praecleari et in paucis mihi colendi in meam possessionem transisset, nouas aliquot Haasii emendationes aut recipere aut in adnotatione commemorare potui. Nec sua lauda fraudandus est Carolus Kluge, qui in dissertatione 'de Itinerario Alexandri magni' conscripta (Vratisl. MDCCCLXI) cum de uniuersa eius libelli indole prudenter et accurate disputauit*), tum non paucas emendationes protulit magna ex parte scite excogitatas et probabiles. Summo praeterea mihi adinvento fuisse strenuam amicorum operam grato animo testor: quorum inprimis Hermannus Adolphus Koch, popularis meus idemque collega coniunctissimus Itinerarii studium mecum sociauit et multa probabiliter, nonnulla egregie emendauit; atque largam coniectaneorum copiam Rudolphus Peiper pro uetere amicitia liberaliter ad me transmisit; nec roganti mihi inuenta sua aut consilia denegarunt, quae sunt propensa in me uoluntate, Carolus Dilthey et Adolphus Kiessling. His igitur uiris, si ex mala re fecisse meliusculam iudicabor, accepta refero plurima.

De dicendi consuetudine, qua utitur Itinerarii scriptor non prorsus exilis ille quidem uel inops sententiarum, neque poetarum oratorumque Romanorum ignarus, nolo nunc pluribus dicere; quoniam longe plurima Klugius collegit et exemplis ex aliis scriptoribus petitis illustrauit**), quibus pauca quaedam addam; atque bis, quod Maius tacuit, in codice illi aduerbium scriptum extat 17, 22 et 21, 14, quamquam aliquotiens occurrit illic forma usitata. *Praedictum* pro *praedictorum* inuenies 11, 7, *Arsacidum* pro *Arsacidarum* 21, 12; *Pecanum* et *Musicanum* 27, 5 genetiuorum incertum est sintne recti casus *Pecanes* et *Musicanes*, an *Pecani* et *Musicani*; *maotis paludibus* habes 19, 9; *niuum* pro *niuium* 24, 10; *uirtutum* 27, 3, *uirtutum* 28, 3; *iactatum* — quod in contextum recipere errore omisi — 14, 5 pro *iactatum*; accusatiuos *omnis, hostis, frontis, ingentis* supra commemorauit; *cornu* datiuus est 14, 24 (contra *usui, transitui, calcatui, exercitui*). Atque uocibus priscam latinitatem redolentibus, quales sunt *donicum, aduersum, suant, ipsus, mage, mauelit, mauolunt, porgi, posuere* nescio an addi possit *audentes* pro *audentes* forma 27, 21 prorsus inaudita, uerum tamen ab analogiae legibus commendata, cf. Corssen, de pronuntiatione cet. I, 631, qua quid sit faciendum, uideant penes quos est harum rerum iudicium. Contra multa in Itinerario insunt, quae labantis atque degeneris linguae exempla esse possint; cf. quae de *una* praepositionis usu Haasius protulit p. 27 59. Vnum necesse est addam de uel particula, quae saepissime et copulae uice tungitur. Quae cum in codice Ambrosiano aut plene scripta sit, aut per solitum

*) de fontibus Itinerarii post Klugium nuper docte et copiose egit Iulius Zacher (Pseudocallisthenes Halle 1867 p. 48 sqq.)

**) Qui nuper de incerti auctoris Itinerario Alexandri magni commentat. partem I (Nissae MDCCCLXVIII) edidit, Augustus Franke, nihil fere noui attulit praeter perpaucas coniecturas, quarum una est *correput* (19, 13), in quam ipse incideram, altera *peteret* pro eo quod A habet *petens* (10, 10), tertia *optauerat* pro *optauerat* (18, 4).



compendium ut uel t, crimini uertendum est Maio quod aliquotiens et pro uel restituit, merito hoc nomine ab Haasio uituperatus. Verum multo latius quam Haasio uisum est hoc genus dicendi patere, ex codicis scriptura accuratissime a Studemundo notata colligi potest. Atque plene scripta est uel particula in hisce: 7, 20: *una clipeo uel telo cum casside*; 9, 9 *Darii currus uel orma*; 10, 4 sq. *Poenices quoque uel Rhodii Soliue — et una Malloni Cypriique utiles bello navalidii adfuere*, ubi quod restitui bello nauali uel Lycii adfuere, non metuo ne in audaciae crimen incidam; per compendium 2, 5 *Constantinis patre uel fratre*, 9, 3 *uel matre uel coniuge comitantibus filiabusque duabus et filio*; 23, 5 *carne abunde altis uel lacte*; 22, 12 *tum Epimene et Anticle uel Philota*; 26, 19 *pardis leonesue uel tigres*; 27, 11 *laborem uel pericula deprecabantur*. Eandem esse rationem uel particulae et eis quae modo attuli uerbis 10, 4 et 26, 19, et aliis nonnullis locis comprobatur, uelut 6, 15 *captisue aliis (captissue A)*; 12, 19 *lacua habito Euphrata montibusue Armeniae*; 21, 12 *qui utroque de latere Heraclidas sibi Aeaeidasue censeret*; 24, 18 *caesu frondium et adgestu humi saxorumue opere*; 27, 21 *promptos audaciae nihilue regi audentes negare*, quibus locis Maius semper praeter codicis auctoritatem que particulam restituit. Affine est quod Maius 23, 4 scripsit *arcus Abiis et sagitta*, cum retinenda esset codicis scriptura *arcus Abiis se u sagitta*; cf. 26, 3 *Baziphara siue Hora*.

Quibus ita disputatis — nam quae praeterea promere possum cum de dicendi consuetudine, tum de rebus in Itinerario tractatis in posterum sepono — restat ut dicam me in capitibus diuidendis, cum ea quae est in codice partitio ansam praeberet fere nullam, Maii editionem Romanam quam Mediolanensem sequi maluisse, nisi quod caput X in duo disiunxi.

Dabam Portae, mense Maio a. MDCCCLXXI.

I. Dextrum admodum sciens et omen tibi et magisterium futurum, DOMINE CONSTANTI bonis melior imperator, si orso feliciter iam accinctoque persicam expeditionem ITINERARIUM principum eodem opere gloriosorum, Alexandri scilicet magni Traianique, componerem, libens sane et laboris cum amore succubui, quodque † id mm uelle enim id et exigit suspensique est, quodque regentium prospera in partem subditos uocant. Ac siquid ex eo inuenim uel praeierim, uicem sciam in me etiam redundaturam, quoniam quisque mortalium iure naturae in eo se plus diligit, a quo ipse defenditur. Sed enim quamuis factorum egregiorum inops lingua testis ignobilis ego tamen audacter id muneris subeo, non meis fretus, uerum externi ingenii uiribus, nec de loquacium numero uilibus usus auctoribus, sed quos fidei amicissimos uetus censura pronuntiat, quosque istis qua potui tibi circumcisa satis curiositate collegi, adhibito sane uerborum cultu restrictius, quoniam uoti communis utilitas, non priuatae iactantiae gloria petebatur.

II. Itinerarium denique pro breuiario superscripsi castigans operis eius etiam nomine facultatem, scilicet ut *incentium* uirtutibus tuis *amicum*. Animo quippe sitiendi laudis irritamento est, in causa olim pari scire obsecutam rationi fortunam, praesertim cum illine tu res martias

1 ome (linea supra m litteram addita) magisterio futurorum A, emend. Haasius 2 accinctoque ad Letronnius itinerarium (corr. man. alt.) 4 laboris A, labori Letronnius id mm (lin. supra utramque litt. add.) uelle enim id et exigit suspensique est A, quod quidem meum uelle eniti (?) id et exigit suspensique est Peiperus; quodque haud magna uelle animi perexigui suspensique est Kochius, id denique uel renuere uelle animi et exigui suspensique est Kiesslingius et Guilelmus Wagnerus; Maii ineptias missas facio; uerba grauiter corrupta intacta reliqui 5 praeierim 6 uitem reddundaturam (altera d a man. sec. inducta) plus A, ipsam Kochius 8 innumeris A, id muneris anonyms in anal. litterar. Lips. a. 1818 pag. 2435, id humeris inepte coniecit Maius, recepit Muellerus subit (corr. man. alt.) 9 loquantium 10 quosque istis A, quosque nostra Kochius post hanc uocem incidens 12 eis (corr. man. alt.) 13 uti cent (lin. add. supra ut litt.) uirtutibus tuis cum animo A, emend. Haasius, quamquam in cum syllaba suspiceris, aliud adiectiuum uel participium, aut uerbum aliquod delitescere, uelut addam uel adiciam. Kiesslingius coniecit: uirtutibus tuis, cum animo, quippe sitiendi laudis, irritamento sit et q. s. irritamentum ex irritamento fecit man. alt.



auspicere, ubi quemque fidentiore merita imperia sublimarint, triumphumque tu exim stipendiis imbuare, ubi quisque felicior praegestis apicem posinere; scilicet ut, dum iuventae conatus paternis maturitatibus admoliris, inclitorum quam maxime principum merita supernadas: quorumque protinus tete in omni hac parilitate nec consilii paeniteat nec pudeat uero fortunae; quamquam
 5 *hau* scio *an* maiora longe felicioraque profecta sint uobis exempla de maximis Constantinis patre nel fratre: certe quae priora sunt tempore etiamsi meritis secunda tu feceris, ipsos illos, siquis functis est sensus, uoto accessuros existimo; tibi in Persas hereditarium munus est, ut, qui romana tandem arma tremuerunt, per te tandem ad nostratum nomen recepti interque prouincias nostras ciuitate romana donati, discant esse beneficio iubentium liberi, qui omnes illic fastibus
 10 regis milites bello, serui pace censentur.

III. Igitur si Terentius Varro Gnaco Pompeio olim per Hispanias militaturo librum illum Ephemeridos sub nomine laborauit, ut inhabiles res eidem ingressuro scire esset ex facili inclinationem oceani, atque omnes reliquos motus aërios praescientiae fide peteret aut declinaret: cur ego tibi rem nostrae salutis adgresso non ut ex bona flamma uirtutum hanc facem praeferam?
 15 quoniam quantum ingenio minor, tantum hoc uoto Varrone sum potior, uti uel inde, quamquam corporis liber, animi tamen uobis militem uiribus. Modo indicio sim, quam illi uiam fortitudini strauerint, quae tibi nunc pro omnium salute carpenda est. Neque enim ego hic elegantiam sermonis affecto, cui de commodo usus ipsius laboratur, cum sit felicitas maior tali in opere uersanti praecisse quod prosit, quam composuisse quod placeat; ut quo segnitior fuerit dicti simplicitas, hoc et fidei plus et luminis habeat enarratio; quippe quoniam in talibus ueritas palmam
 20 rapuerit eloquentiae, quae ubi arte protegatur, scriptor pro auctore laudatur.

III. Sed mihi hic et materiae parilitas blanda est et germanitas spei de te scripturo potiora

1 triumforumque (corr. man. alt.) 2 imbuare A, imbuere *Maius* praegestis pro eo quod A exhibet
 prae gestis scripsi ad stipulante *Diltheyo*, pro gestis *Maius* posiuere A, posinerit *Diltheyo*, nisi forte cum
Muratorio supra scribendum erat sublimarunt iuente 3 quorumque protinus A, quorum quidem principum
Kochius 5 iussio A, scio *Maius*, usu *Haasius*, *hau* scio *an* *Kießlingius* felicioraque quae A, corr. *Haasius*
 profecto A, corr. *Haasius* 6 tempora — ipsos illis A, emend. *Haasius* 7 functus corr. *Maius* 8 tre-
 muerint *Maius* prouincias in uestras A, prouincias nostras *Studemundus* post *Muratorium* 9 uinentium
 A, regentium *Maius* ed. *Mediolan.*, uincientium *idem* ed. *Rom.*, iubentium restituit *Studemundus* pro qui
uidene scribendum sit quia 11 Terentius Varro Gneo 12 Ephemeridos laborauit A, elaborauit *primus* quod
sciam Berghius in nou. nus. Rheu. I, 367; at cf. 10, 7 et 29, 2 in habiles res eidem gressuro A, corr.
Haasius, aggressuro *Bernhardus Grundriß der Röm. Litt. ed. III, pag. 725* inclinatio neoceani 13 aërios
 A, aërios, quos *Buechelerus* et *Diltheyo* ut declinaret A, aut d. *Haasius*, uel d. *Buechelerus* petere ut
 declinaret *uolgo*, petendi uerbum post oceani collocauit *Bernhardus* 14 ergo tibi A, corr. *Maius* 15 uel inde
 quamquam A, ualitudine quamquam *Buechelerus* 16 corporis officio coniecit *Haasius* 17 eligantiam (corr. man.
 alt.) 19 uersati composuisse ex composuisse fecit man. alt. segnitior (c littera supra s addito) A,
Peiperus con. cognitior; idem postea maluit signatior uel signantior; Haasius insignitior coll. Iul. Valer.
 III, 72 (III, 25 ed. *Mueller*) 20 hac et

tum Alexandri gloriis, tum Traiani, quibuscum tibi sane commune est fatalem hanc belli lineam tangere, quoniam aetas quoque alterius nunc penes te est, alterius uero consilium, quo uicis aetatem. Quippe Alexandro illi interim sic aequabere: magnus ille cognomine, tu uero maximi filius, eadem fere natus terrae sub parte eodem atque indidem ducis exercitum, numero militum par, sed melior examine, eandem ulturus iniuriam es, sed disparis contumeliae. Ex quo iure
 5 sane sit praesumendum, quod aequali omine militans pari potiare fortuna, haecenus socius exemplo, ceterum pro merito felicior; siquidem Deo praesidi acceptiora sunt nota, quae fas et modestia concepit, quam quae efferis moribus inconsulta arrogantia rapit. Ille sibi soli uicisse gloriatus factusque in amicos saeuior quo felicior, fructu uictoriae caruit: obiit temulentus. Saluti uero romanae tu militans ei mox imperio contendens aetate, cuius te gloriae immortalitas comi-
 10 tabitur. Set enim ne tibi tantis ac talibus occupato ultra obloquar, hinc exordium faciam.

V. Alexander natus Olympiade generis Aeacidarum patre ambiguus fuit, Ioue Hammone tali de sobole aut Heraclide Philippo competente. Sed ubi Philippo successit eumque ultus est Pausania caeso cum tribus filiis, quod hi praesidentem aegensi theatro Philippum interemissent, fundato protinus imperio Macedoniae omnique in ius suum arcibus regis Peloponneso quaesita,
 15 consensu cunctorum in Persas ducere exercitum meruit, solis id modo Lacedaemoniis rennuentibus, non merito indigni, uerum pudore posthabiti sui nominis, quoniam imperium sola res est, cuius pretium periculis aestimatur. Quibus Alexander expeditis aetatis anno uicesimo, ut se tanto apparatus idoneum faceret, legit militem uoluntarium ac sibi uoto competentem, non numero uberi, uerum uiribus alacritatisque usibus animatissimum. Etenim quoniam id esset commodius,
 20 sese in exemplo ponebat.

VI. Quippe ipse uisu arguto naribusque subaquilinis fuit, fronte omni nuda plerumque

1 Traiani (prior a ex correct. man. alt., ut Troiani scriptum fuisse coniecit) 2 poenes 4 atque
 inde A, emend. *Haasius* 6 homine sotius 7 siquidem quoniam A, corr. *Maius* 9 gloriatur
 post factusque uocabulum est inseruit man. alt. amicus fructu uictoriae calluit ob id tumultuatus A,
 fructu uictoriae caluit, obiit temulentus *Haasius*, cuius uestigiis insistens *Hauptius in Hermac uol. V, p. 189*
 caruit pro calluit restituit, et incidit post uocem felicior 10 ei mox imperio contendens aetate A, ei mox
 de imperio contendens (coll. *Cic. de off. I, 38*) aequabere *Kochius* committabitur 11 Etenim A, corr. *Haasius*,
 at enim *Klugius* occupatio (corr. man. alt.) 12 PROSAPIA ALEXANDRI Alexander A Olimpiadae cea-
 cidarum 13 tali ex tale corr. man. alt. aut de eraclide A, et *Maius*, aut *Haasius*, atque *Klugius*
 15 Macedoniae arcibus A, corr. *Maius* in ed. *Rom.* Peloponneso 16 rennuentibus scripturam reti-
 nendam esse duxi, quoniam eandem cod. exhibet cap. XXXI et *Iul. Valer. I, 31; III, 53* 17 merito indigni
 A, merito iudicii *Haasius*, m. indignatis *Peiperus*, m. indignis *Theodorus Zachariae Grossknechtensis*, quod
 idem esse uoluit atque indignatis posthabitu sui numinis A, posthabiti sui numinis *Maius*, posthabiti sui
 nominis *Muellerus*, posthabitu sui nomen *Haasius* coll. cap. VII 18 quibusque deditus in A inseruit
 man. alt., expeditis scripsi ex coniectura *Diltheyi* 20 usibus A, ignibus con. *Kochius* quoniam A,
 quo *Haasius* 22 omni A, coma *Kochius*, comam uocem quae paulo post sequitur deditus

quamvis pinguis fimbriata de exercitio ob uehementiam equitandi, cuius id arbitrio dabat, ex quo *reclinam* comam iacere sibi in contrarium fecerat; idque *aiebat* decorius militi quam si deflueret. Statura iuuenis medioeris, membris exsuccior, sed quae nullas feruenti remoras adferrent, quod plus usui quam *contemplatui* lenocinaretur. Crebrioribus quippe musculis tubercascens miris neruorum coetibus intendebatur; pernix cursu quo uellet, uehemens impetu quo *miraretur*, nimius tormento iaculandi, *confinare* quem destinasset peritus, feruens irruere quo audendum, constans excipere qui confideret, eminus certus, comminus uolentus, eques improuidus turbidusque, pedes interritus pernicaxque. Multus ad imperia difficultatum, onerosior tamen exempli proprii irritamentis, quoniam bono opere praenueniri pudibile ducebat, inuentae munus e corpore alacriter petens, ipse *†*barbae acutae durior et cetera candidus, et quae sibi sane quisque rectius consulat, aut ipsi certe imperatori uel militi uelit. Quippe ego tibi Alexandrum dixerim, tu te uideo; nam nec blandiri proposui et nolo uideri auribus gratiosus, ubi oculis indicare de te tuis omnibus licet.

VII. Is igitur magnas sibi Peloponnesis uires uiritim oppidatimque multa beniuolentia *pigneratus* est. Thracas quoque animo uariantes impigre subegit ab Orbelo monte, qui imminet Philippis, urbi philippeae, Haemo continuus ad Istri ostia, eximque cum mari dextro perque Euxinum militans Macoti transmissa iam remeans Getas irruisset, eos quoque superat bello die eadem regressus ad suos; tum Dacos Moesosque et Illyrios Dalmatasque omnes iustis proeliis superat componitque, et Thebas boeotias diruit tumultuatas. Itaque iter in Asiam auspicianti

1 fimbriata *ex* fimbriata *corr. man. pr.* 2 reclinam A, *emendauit Diltheyus coll. Apulei. flor. l n. 7*
 agebat A, *corr. Haasius coll. Polyæn. IV. 3, 2* 3 membris remoras *man. pr. (prima syllaba ab*
alt. man. inducta), quod retinere non dubitauit adferret A, *corr. Haasius* 4 contemplatui Haasius,
 contemptui A, *quam lectionem explicare frustra studuit Maius* lenocinaretur *ex* lenocinaretur *corr. man. pr.*
 crebrioribus (*corr. man. alt.*) 5 uellet et *Maius* miraretur *coni. Maius pro cod. scriptura* miraretur,
 quae uerborum ut possit defendi; quom irasceret *Studemundus*, quo niteretur *Diltheyus* nimius A, eximius
Kiesslingius 6 continari quem A, conlinare uel conlineare quo *coni. Maius, quauquam codicis scriptura ne*
ipsa quidem omni caret probabilitate specie audiendum (*corr. man. alt.*) *cf. cap. XXX. 11* audet in Caucasum
 et *id. Valer. III, 46, 70* 7 qui *man. pr. (quo man. alt.)* Eminus uolentus improuidus (*us litt. in*
ras.) 8 onerosior A (*corr. man. alt.*), operosior *Studemundus* 9 inuenta (*corr. man. alt.*) 10 ipse
 barbae acutae durior A, barbarae uitae *coni. Viricus de Wilamowitz*, uerbis ac uita *Kochius* Verba inuentae
 munus — candidus *cap. VI, lin. 2 post deflueret traicienda esse suspicatus est Haasius. Totum locum tur-*
piter deformatum in integrum restitui posse diffido 13 lucet A, *miseris uel potius non miseris Maii*
superstitionem lucet *pro licet dici potuisse opinantis* 14 Is igitur magnus *usi A (usu man. alt.), usu magnas*
coni. Haasius, usi deleuit Diltheyus tanquam facili errore ortum Peloponnesis (*man. alt. Peloponenses*) syres
 15 Trachas 16 Philippis (*man. alt. Philippis*) urbe philippea 17 Gothos A, Getas *Letronnius* 18 Dahas
 Mesosque 19 componitque (*componitque man. alt.*) boeotias tumultuatus (*corr. man. alt.*)

nuntiatur Orpheos musici statuam plurimum sudauisse, idque labores *portendere* ingentis inclitis *musicis* litteratisque laudes eius cantantibus *uatibus* dictum. Quo magis ortu ueris Hellespontum proficiscitur, mandata imperii Macedonici tum Peloponnesi Antipatro procuratore sub sui nomine, nec plus suorum quam peditum decem equitumque comitatus quinque milibus proficiscitur. Agmen uero ceterum et auxilia circa gentium classi uehebantur belli usibus diuite, quae Amphipoli in Strymone *in ancoris* erat. Eo usque a matre deductus acuitur ad gloriam. Ita nobilitas et in feminis periculis est amica.

VIII. Igitur ipse per Abderam Maroniamque tum Hebrum et Melanam amnes, classis uero circuitu omni uicesima die Seston uterque adpulere Abydumque transmittunt et Diis heroibusque apud Ilium litant, ibique hasta humi fixa omen sibi facit Asiae bello quaerendae, quam Persa miles ea tempestate possidebat. Exim praemittit Parmeniona et Attalum duces, qui satrapas septem omnem Asiam praetendentes irritamentis a sese diducerent spargerentque, quoniam primo conflictu de summa belli decernere, priusquam suos in hoc erudisset, Alexander declinabat. Sed enim satrapae notam ignauiae declinantes, quam in se scirent a rege supplicio punitum iri, ubi de Alexandri aduentu comperere, apud flumen Granicum congreges locant castra, quod is Granicus ab idaeis conriuiis recens, praecipitio montano descendens ruensque impetu plus quam agmen nauale, *iniquus erat*; quo sperato segnius uenerat eminus Macedo. Res uero erat barbaris ceu secura, Graecis ardua: amnem tantae latitudinis et torrentis profundi abruptis utrimque ripis aduersum aciem euadere, quae multiplici numero gregatim sparsis obsisteret. Nihilominus ubi suos quoque Alexander uelut ex pari obuiaturos sub luce composuit, paulisper moratus, itidem ut digesta acies erat, aequali fronte uadum euincere incitat.

1 idque labori (*laboris man. alt.*) fore ingentis inditis litteratisque laudes eius cantantibus (*man. pr. cantibus, corr. man. alt.*) dictum A, *quae quidem uerba utique ad ea quae de re eadem Arrianus narrat (I, II, 2) conformanda Kochius et ego conuenietis uiribus, dum ambulamus, perpolituisse nobis uidemur, nisi quod musicis uocabulum ut adderem auctor fuit Zachariae coll. Plut. Alex. cap. 14. In idem fere incidisse Diltheyum postea cognoui. Arriani uerba haec sunt: δειλοῦσθαι γὰρ οὐ ποιηταῖς ἐπὶν τε καὶ μελοῖν καὶ ὄσοι ἀμφὶ εἰδὴν ἔχονσι πολὺς πόνοσιν ἴσται ποιητῆς τε καὶ ἄδειν Ἀλεξάνδρον καὶ τὰ Ἀλεξάνδρον ἔργα cf. Plut. Alex. l. s. s.* 2 uerbis (*corr. man. alt.*) 3 mandat Peloponensi 4 equitatumque (*corr. man. alt.*)

5 Strymone bicoris erat (*b litt. ex h restituit man. pr.*), in Strymonis littore *Maius*, in Strymone in ancoris *Haasius, cuius inuentum metuo tamen ne longius a uero recedat* 8 ebrum abnes 9 adpulere (*corr. ex adpulere*) Abydumque 10 apud (*corr. man. alt.*) Ilium (*corr. ex Iliam*) ubique om (*linea supra m add.*) 11 permittit Parmenion. 13 prius A, priusquam *Maius* in h (*lin. supra add.*) erudisse 14 declinabat *incertum an* dedinabat declinant (*emend. man. alt.*) 15 punituri (*corr. man. alt.*)

16 Granicusa daeis A, ab idaeis *Haasius* repens A, recens *Kochius*, idaeis conriuiis strepens *Diltheyus; idem ea quae sequuntur uerba sic iubet constitui* descendit ruensque impetu nusquam agmen nauigabile

17 iniquus erat *inseruit Kochius, uereor ut recte*, nauale in quo A 19 utronque (*corr. man. alt.*) 20 nihilominus (*corr. man. alt.*) sub luce A, *suspicitur quispiam scribendum esse oblique acc. Arrianum, qui I, 14, 7 αὐτὸν λογιῶν αὐτὴν παρατίθενται τὴν τάξιν ἢ παραίτης τὸ φέρον.*

VIII. Ita res belli audaciane an nero fortuna plus ualeat, haud pronunties exemplo praesentium. Vbi ordo, quippe tot alueo milibus obtentis armatis, incertus ubi solidum uadi, diuina fortuna uix tamen profundo sese uultu modo liberi dexterisque emersissent mutue adminiculabundi, mox eis erat sentum leuare, tela imminentium defendere, praerupta littoris conplanare, trudere infestantes. Tum quisque euaserat prior uim cauere, sequentes educere, ordines struere laborabat. Satis tamen constat, hic quoque laudis palmam penes regem fuisse. Dirigens quippe Alexander ante omnis cornu dextrum scandensque littus obuam, cum in sese duces hostium exciuisset, feruentius bello usus damno militiae periclitabatur. Namque ubi ei hasta praefracta est, dum circumspicit suos dumque sibi porgi aliam petit, irruenti Mithridati, qui gener Dario regi erat, telum quod accepit intorsit. Quo protinus strato etiam tunc ei in haec intento a tergo superuolat Spithridates libraneratque iam acinacem post galeam caesam brachium bellantis Alexandri petiturus, ni uiso Clitus id faceret quod minabatur. Eisque caesis aditus bellantibus datus et uirtutis exemplum reliquis insequentibus. Haec denique fuit mora transitui quae proelio; ita non multo post debellatum internicione hostibus caesis, nisi quod pauci studio fugae arma pro onere abiecerant, captisue aliis, quorum plerique Athenienses Persis pretio militabant, quos quidem ferro uinctos colere Macedoniae rura iubet. Vtrique caesos humant. Praedae pleraque iactans gloriae matri transmittit.

X. Igitur hac belli fortuna in confidentiam consequentium eruditus Lydiae Sardis et reliquas recepit Asiae ciuitates aditu indemni, Persis nauale bellum frustra temptantibus, quoniam terrestribus undique sumptibus aut praesidiis arcebantur. Fuit tamen Alexandro etiam Halicarnassi anceps bellum, quam obsidione uix cepit et diruit, propiciatus hinc post reginae, cui mox reddidit regnum eius urbis, ab eaque se filium dici dignantissime passus est. Exim

1 ita res belli A, at in re bellica Zachariae plus sua A, plus peragatur Maius, plus ualeat Haasius aut 2 tot aluei milibus obtentus armatis incerta sub soli ualidi diuinae fortuna uix tamen A, quibus in uerbis constituentis magna ex parte Dillheym secutus sum, non quo personata esse putem, sed ut legi possint et intellegi; ubi ordo quippe aluei tot milibus obtentus armatis, incerta soli ualiditas, diuina fortuna uix tamen et q. s. Maius; incerta sub soli ualiditate, Muellerus; toto alueo multis milibus obtentis armatis, incerta sub soli uastitudine fortuna. uix tandem Peiperus; incerta sub soli ualidi ripa uel ripis Klugius coll. Arrian. I. 14, 4 καὶ γὰρ ἀπερὶβία ἦν τὰ ἐπὶ τῆν ὄχθηρ ἡγία et Plut. Alex. 16. τὸ δὲ ζοταρὸν τὸ βῆδος καὶ τῆν ἀραπαίαν καὶ τραχίτητα τῶν πέτρων ὄχθηρ 3 idexterisque 4 fundere A, retundere conl. Maius, defendere Klugius 7 littus 10 et A, ei Haasius 11 Spyridatis anicen 12 ante minabatur Maius inseruit ille, om. ed. Rom. 13 Haec A, Nec Maius 14 quae (om. Maius) debellatum A, debellato Maius internicione nisi pauci qui A, emend. Haasius 15 pro (per compend. scr.) onere A, propere Maius captisue A, captisque Maius 16 colere addidit Maius (cf. cap. XXXVI est.)

18 inconsequentium A, corr. Maius, inde consequentium Peiperus ante Lydie paucae litterae erasae sunt, quae Studemundo uisae sunt lydi 19 aditumdemni (corr. man. alt.) 20 alicarnassi 21 quamque (corr. Maius) coepit 22 pactus A, em. Klugius coll. Arrian. I. 23, 8 τὸ ὄνομα τοῦ παιδὸς οὐκ ἀπηξίωσε. Verba fuit tamen — pactus est scripta extant in margine codicis Paris. regii n. 4880 Jul. Valer. I. 42, pag. 48 ed. Mueller, tanquam 'ex alio auctore' desumpta; pro hinc post reginae ibi est hinc reginae pus.

Lyciam ac Phrygiam suas facit. Cumque ageret Phaselide, Alexandrum audit Aëropi filium nouare aduersum se res uelle hortatu Darii Asisime internuntio, ut si is magnum Alexandrum oppressisset regno eius poteretur, additis sibi auri talentis mille et amicitia Persarum; quod is Alexander Aëropi interfectores Philippi conscius heredis eius clementiam callidam suspectaret, est creditu facile quod conscientia opinatur ad sui meritum. Ea ergo re probata ex consilio hominem amolitur. Pergenque Pamphyliae protinus transit.

XI. Hinc Aspendiis condicione imperata cum Siden tenderet neque Aspendios obsequentes iussis audisset, regressus eos captiuauit transitorie. Tum itinere mutato Pisidiam una cum exercitu repedans reniti ausam inuitamque obsequi Sagalassum expugnat urbem monte munitam, perque Sagarium Phrygiae amnem Euxinum uenit. Eoque de Macedonia sibi eques et pedes miles adhaerescit, quo auctus uiribus quam numero magis protinus per Bithyniam et Galatiam tum Cappadociam superato Tauro Tarsum Ciliciae uenit labore continuo, urbem sibi paene fatalem ex hac periculi facultate.

XII. Arsames satrapa magna cum manu bello in se etiam tunc paratus ferebatur adhuc Ciliciae potens. Eoque Alexander, ut ei mos erat, armis gratis peditem suum pedes ipse in acie comitabatur. Sed enim hi fugerant qui armabantur Arsamae. Ipse ubi Tarson inuehitur sudore et puluere miles decens labore et honore regali, Cydnum amnem uidet urbis eius media peruadere coetu ciuium coronatum, mundum facie, acutum frigore, nimium agmine, festinum meatu, ripis uirentem; delectatusque tali elemento, seu feruente uictus aestu ac desiderans frigoris, an ut fortitudinem sui intuentium ciuium theatro iactaret, saltu pontem fluminis scandit una clipeo loricaque uel telo cum casside inque amnem sese translatus alacri saltu praecipitat eiusque omnem retentans arma latitudinem natat. Ita inter partes est regiae fortitudinis formam ex se militi dare, qui sese iactauerint. Sed minores animo corporis ei uires fuere sustinendae iniuriae. Calens quippe omnis ac uaporatus, hausto fluminis frigore penetrabilis utique quo oneratio, tantos febrium sibi

1 faselide alexander (er man. alt. in ras. scripsit) uocem Maii negligentia omissam restituerat Haasius 2 Asine A, Sisine aut Asisine Klugius coll. Gronou. ad Arrian. VII, 6 et Anecd. Bekkeri p. 173 3 uteretur A, emend. Haasius additi (corr. man. alt.) micitia (corr. man. alt.)

4 aëropi (i litt. in ras. scripta, ut oli uel simile quid fuisse uideatur) heredes (corr. man. alt.) et est A, corr. Klugius 5 consciencia reprobata A, diuisit Haasius consilio (in ras. scr.)

6 Pergensque 7 Side 8 tratoriae (corr. man. pr.) Pisidia 9 obsequiis A, obsequi Klugius agalasso expugnant munitam (unitam litt. in ras. scr.) 10 aequos pedes 11 mil (per compend. scr.) adheressit (altera s. eras.) A quo auctus uoces, quas A habet post magis, huc transposuit Haasius actus A, tacite corr. Maius

Bithyniam 12 Capadotiam Cilitie laborem si A, sibi Maius 13 ac (corr. man. pr.) 14 adhaec 15 Eosque A, eo usque Maius, eoque Haasius erat (a in ras. scr.) comitabatur (prioro t litt. ex n. facta) 16 hii fugerant (ge litt. in ras.) A, aufugerant Maius Arsamae A, ab Arsamae Maius, Arsamae Haasius 17 decens A, ducens conl. Kochius Cignum agnem 18 meatur ipsis uirente A, emend. Maius

19 seu feruente scripsi, seu fluento A, quod tanquam inutile additamentum migrare iusserat Haasius, seu uiolento Kochius 20 lactaret A, corr. Muratorius 22 interastes est A, inter partes est scripsi (cf. cap. XXXVIII ita pars est uirtutis); interpretatus est Maius, inter artes est regias Haasius 24 austo (corr. man. alt.) quo ratio A, quo oneratio scripsi; nisi praestat scribi quo erat oneratio; sudoratio Haasius, rapacior Peiperus



contractu nervorum vapores exciuit, ipsis uitalibus ui frigoris euiratis, ut spe bona medici laberentur, ni amore in eum diligentiores fuissent. Tum quidem fertur illud specimen extitisse Alexandri uirtutum ad amicitiam memorabile. Philippus medicus alio eius incitandae potum parabat. Id Parmenion aemulus Philippo uenenum noxium dicens litteris regem *sumere* uti letale prohibebat. Quas ubi Alexander hausturus excucurrit, cartam medico legendam dans ilico ipse poculum stringit, unaque uitium morbi et calumniae diluit, docuitque amicitias probatas secundam non recipere deliberationem.

XIII. Postque id magnae curae Alexandro fuit Ciliciam quoque omni hostium interpellatu purgare. Iamque Mallon urbem appulerat Ciliciae non ignobilem, cum Darius ei adnuntiatur omni cum belli apparatu abesse bidui uia. Quae res Macedonas itinere praeuersos tantum in belli ardorem spe praesumptae uictoriae leuat, ut ipso biduo grauarentur morae taedio. Issum denique uterque concurrunt aciemque angustis loci faucibus struunt. Atque hic sane operae pretium foret, modo suscepta opera pateretur, referre in milites utrimque regalia incitamenta: ut hinc Graecis ultionis necessitas dicta sit et sui dignitas et praecidia fortunae, at contra Persis adrogantia uentilata, cum summa utrobique fuerit, uitam illic relinquendam, unde non uictoria sequeretur; quamuis Alexander Hammonis numine, ut paterna sui procuratione, in spem uteretur militis creduli, quoniam res securis Dei altero tanto iustius antistat et ardentior fit audacia e confidentia praecidii, accedente ad commodum sui, quod hosti illic de loci lege ad emolumentum peribat, cuius sexcenta milia bellatorum in parte uicesima numerabantur; uerum conditio situs uires aequauerat, in faucibus loci aequis frontibus concurrentibus.

XIII. Hic ego facinus audita dignum non praetermittam in loco ponere. Quippe Alexandrum ferunt, ubi pernox aciem suam uoto composuit stipanisque securior laterum, adeo post id pingui somno soporatum, ut adulto iam die hosteque propinquante uix ducibus excitaretur; quaesitumque ab eo, *ecquid* causae esset, quod sub illo discriminis tempore curae pleno adeo solito diutius ac profundius cubitauisset, eumque dixisse laetiosem: sane non frustra, quod insperata sit copia sibi hostium data, securum factum acie disposita pro sententia. Postque id ipsum dextrum cornu duxisse in confertissimos Persas; et thessalos equites mox insecutos ac minaces maxime hostium globos ilico discidisse, acrique impetu agmen ad amnem Pinarum trusum in terga uertisse, plus multitudine sui hostibus quam metu fugae turbantibus. Ipse denique mox

1 exiuit ebratis A, euitatis Haasius, qui tamen in suo exemplo adnotauit euiratis quam scripturam recepi; alii alia tentauerunt 3 amicitiam Phylippus 4 regum sumere addidi, uerbum aliquod desiderari a Kochio admonitus 5 loetale A, letali Maius 7 secunda (corr. man. alt.) 10 Machedonas praeuersos (rae litt. in ras. add. man. alt.) 11 grauarentur (corr. man. alt.) more (mora man. alt.) et taedio A, morae taedio scripsi ex Haasii coniectura, mora et taedio Maius 13 si ante modo add. man. alt. pateretur (pateretur man. alt.) 15 summa incertum an suma utrobi A, corr. Klugius 16 quamuis — uteretur A, Iouis — utendum retur Klugius in mirum inductus errorem 17 re et erudicio fit audaciae confidentia A, ardentior con. Kochius 18 accente 19 de (ta litteris supra lin. additis) XX (ma litt. supra add.); ceteram mentem aliquot latere suspicor 21 ergo 24 et quod A, et quid Maius, *ecquid* Klugius, qui hunc dicendi uoum aliquot exemplis illustrauit pag. 57 plenus A, emend. Haasius 25 insperata ex inspirata corr. man. pr. 26 dis-
posita 27 cornum duxisse ex dixisse fecit man. pr.

Darius curru relicto et in curru insignibus regis aegre illi fortunae eximitur, affectibus quoque in tentoriis regis hosti relictis dolori dedecorique (spolia tam foeda quam bello non necessaria), matre uel coninge comitantibus filiabusque duabus et filio. Opum tamen eius minus opinione illic inuentum, quoniam pleraque festinans Damasci commendauerat. Alexander tamen uictor ad Darii epulam et tentorium subit, isque finis bello fuit.

XV. Insequenti tamen Alexander die, etsi graui femoris saucius uulnere, obiit tamen cunctos et quisque desideratus uti sepeliretur et Persa ex pari iubet, quisque uulneratus ut curaretur, donatis his regie, quorum in bello ipse commilitio fortitudinis testis erat aut socius difficultatis. Audito tamen captarum Darii mulierum ululatu, quibus uisa arma Darii uel currus opinionem caesi regis adferebant, exiisse ad eas fertur et honorifice uidisse regieque observari iussisse. Vbi additur, Hephaestiona una cum uidissent indiscretius cultum, de auctu corporis melius opinatas ipsum pro Alexandro salutasse. Sed enim errorem hunc matre Darii erubesciente dixisse regem, nihil eam erroris eius paenitere debere, in utroque enim esse Alexandrum salutatum.

XVI. Darius tamen collectis ex fuga ferme ad quattuor milibus equitum Euphraten petit insequentibus interponendum. At enim Alexander praecoque properans, Coele composita eiusque urbibus confirmatis Phoenicesque, Syriae res inuisit et Stratonam Gerostrati filium, qui Persis naualibus praecerat, supplicem recipit libenti cum uenia suam factam; ab eo aurea corona coronatus Aradum multasque sibi alias adhibet ciuitates. Ibi Darii sumit supplices litteras se culpa purgantibus, neque belli causas ab se ortas, uerum lacessitum obuiasse. Quae utcumque res fuerit, sese nunc quaesere matrem sibi affectionesque restituat, quarum pretium facere auri talenta decem milia. Verum Alexander refert, si praecedentium memor sit, belli fortunam Persarum merito inclinasse; frustra nunc offerri sibi, ceu si sint dubia, quae iure Martis iam sua sint una ipso qui largiatur. Darius uero si uelit reabse fortunae parere uictorisque nosse clementiam, quid quaeso interesse, si ut manu ita et moribus sponte se dedat? Neque paeniteat sui, ni bellum mauelit.

XVII. Hisce responsis Damascum capit obnisi leui opum conditorium persicarum. Tum legatos intercipit Thebanorum et Spartanorum Darii blandientes, sibi iniquos. Neque in eos inimitus consulit gentium iure, sed dans modestiam tempori. Tyrum tamen ueniens sacrificare Herculi uoluit, quod secus incolae aestimantes interuentis caesis causas belli sibi et excidii

1 negregiae A, emend. Maius ut. Rom. effectibus 2 quae ante spolia addidit Maius; uerba spolia — necessaria uicinis inclusit Klugius 6 sautius 7 quisqui 8 sotius 9 multorum ululatum 10 fuisse ad eos 11 efestiona indiscretius cultu corr. Maius ed. Rom. 13 esse scripsi, se A 14 III (or litt. supra add.) Euphraten 15 composita 16 poenicis quoque Syriae A, mendum bene abstulit Haasius inuisit (postremas quattuor litteras in ras. scripsit man. alt.) Gerostrati filio 17 naualibus 18 Arabium A, Aradium Maius, Aradum Muellerus 22 ure 23 uictoriisque 24 quod queso interest ut A; interpungi post interest placet Peipero; uerba ut dedi correxit Kochius debat A, emend. Maius 26 obnisi 27 et partem unam A, Spartanorum scripsi ex Maii coniectura probabili quidem, nec tamen certa; cf. Arrian. II, 15, 2 29 excidit A, corr. Maius

peperere. Arceri quippe rex aditum dolens urbem obsidere instituit. Ea [Tyros] insula etiam tunc erat haud procul continente, adeo ut facile sibi Alexander uindicaret, quod adgestu iacto eam urbem terrae continuaret. Inque id protinus e Sidone naues acciuntur unaque his Gerostratus rex Aradi uenit relicto satrapa Autophradate et Medica amicitia. Phoenices quoque uel Rhodii Soliue uecti classibus suis et una Mallonii Cypriique utiles bello nauali uel Lycii adfuere, adgregatis etiam ex Macedonia nauibus ac militibus. Iusto iam denique apparatu opus coepit; triduo facile laboratur. Hic machinamentis admotis disiectisque muris et internicione incolis caesis, optimates tamen pauci in Herculis templo reperti honore numinis sospitantur.

XVIII. Haec dum Tyri geruntur, Darii legatio reuenit ceu si in auctione regni pausam 10 malis praesentibus petens pretii delinimento lucrique additamentis liuens gloriae competitioni, quo pars maior mortalium uincitur; nam uirtus in paucis est. Quippe ad decem milia talentum auri pro matre et filiis uxoreque sponsa iam pridem addebat quicquid utrique regno possidendum limes Euphratis dispesceret ac muniret a se datum iri cum filiarum una, quam sibi uictor nuptiis delegisset ad fidei religionem. Haec adeo ampla uidebantur, ut Parmeniona sit relatum, se sane, 15 dixisse, si ipse Alexander foret, oblata accepturum, responsumque a rege, se quoque, si Parmenion foret, oblata accepturum. Renuntiari denique Dario iubet inscientiae uisum iri de re quae omnis esset sua partem malle quam uniuersitatem. Nam de eius filia ni temperare sit pulerius copiam non morari, sibi ipse si consulat, sensurum coram, nosse uictoriae modum quisque nouerit uincere. Hic Darius pace desponsa parando rursus bello incubuit cunctis suis 20 uiribus.

XVIII. At uero Alexander Palaestina sibi integrata ire Aegyptum destinat. Sed enim Gazam Batis eunuchus aduersum transiturum armauerat, quod ea urbs suggestu ardua, harenis circa perpinguibus et umectis satis subsidiis uallaretur, ualida muris, difficilis accessu, ambitu

1 aditum A, aditu Maius Tyros seclusi suadente Kochio 2 ut facile A, ut non facile Haasius, quam quidem scripturam quamuis Arriani uerbis καὶ γὰρ καὶ μέγα ἔργον τῆς Τύρου ἢ πολιορκία ἐφαίρετο et q. s. (II, 18, 2) commendatam dubitari tamen recipere. Ceterum uerba quae sunt ea Tyros — uindicaret uncis inclusit Haasius in suo exemplo 3 continet A, continuaret Kochius 4 Autofraudate uel hrodii Soliue A, et Rhodii Soliique Maius 5 naualidii A, uel Lycii scripsi, Lyciique Maius cf. Arrian. II, 20. 2 6 Machedonia 7 Hic machimentis internicione incoles caesis 8 hi Herculis A, corr. Maius honore A, malim in honorem; utrum praestet tum demum poterit diiudicari, cum quid in simillimo loco Iulii Valerii (I, 46) libri habeant certo testimonio constabit, cum Maius scripserit in honore (scribendum erat honore), Muellerus in honorem 9 reuenit ex reuehit per ras. factum in (in ras.) 12 sponsam 13 Euphratre dispiceret A, emend. Maius 15 ipsius A, corr. Maius accepturum scripsi, petiturum A 16 obligurum A, expunxit Klugius, oblata petiturum coni. Hedickius quaest. Curtianar. spec. thesi VII renuntiari. Denique Dario iubet inscientie uisui ridere quae omnis est sua A; Kochii emendatio quam supra exhibui tam certa est tamque luculenta, ut aliorum conamina recensere pigeat. Similiter apud Iul. Valer. (III, 12 ed. Maii, III, 4 ed. Mueller.) pro eo, quod editores male creduli retinuerunt iudicant uiri, Haasius ingeniose coniecit iudicatum iri 17 male 18 consulam sensulum 19 desponsam 21 destinat A, festinat Klugius 22 Gazan suggestu arenis 23 ut A, et coni. Maius

magna. Quare quoniam ad gloriam arrectis res amica magis quo difficilior spes, hoc ardescere rex impensius rimarique laudem de moliminis difficultate. Igitur et accessus aggestu solidatur, et bellum iam sacrificio commendabat: cum ales quaequam arae lapidem supermittit. Quae uates et quisquis haec coniectare in artibus habent, et excidium urbi portendere et ruinam et regi periculum praemonent, ni caueret. Neque res ultra differtur. Eruptio quippe irruens indigestum etiam tunc militem turbat. Quem ubi Alexander uiritim accitum obuium confirmatumque oratione quantocius ipse praenius ducit nil praedictum memor aut magis imperii quam sui, catapultae humerum uulneratur grauitur quidem, sed enim animo uim corporis sarciens capiendae urbis spe uaticinii fidem suo periculo ratam sentit, et posthabito uulnere ui perdurat admotisque obsidionalibus machinamentis tum cuniculis insertis, idque assidue ac profundius, quarta demum die irruit Gazam 10 ac diripit colique in posterum sinit usus eius situ et opportunitate, ut qui et talia sibi uindicaret.

XX. Hinc septima die Pelusium et opima Aegypti uenit iam classe praemissa, nihil sibi Mazace satrape eius loci audente subsistere. Quare inde naues Memphim per Nilum suburgueri iubet ipse per Heliopolim pedes eodem occursurus, ibique Diis Aegypti facit et sacros agonas exequitur. Ac simul Memphi defluente exercitu Canopum descendit. Quam circa loci facie 15 delectatus condendae urbis desiderio occupatur, Diuum aeno rem proximam mortalibus non insciens in opere pulchro perpetuari nomen auctoris. Igitur ubi solum describi conueniret, eius scientiae opificibus quos architectonas uocant limitandae humo ferunt puluerem defuisse, eoque milites iussos, quisque secum alphita esui potuine gestitaret, ea cuncti conferrent, eximque illos solo pingendo paruisse. Sed enim mox in cetera prouidenda rege distento adlapsas alites 20 depastasque edulia abstersisse liniamenta. Quod portenti coniectatores cum secus ducerent, Alexandrum sermo est pronuntiauisse, eam urbem multis circa palantibus uicinisue gentibus altricem futuram. Haec molienti omnes quisque fauerant Persis relictis satrapis Alexandro accessere, coramque pro merito aut uoluntate laudantur.

1 ma A, maxima Maius, magna Klugius quodam ad gloriam arduis res amica quod difficilior A, quod amor gloriae arduis res amica, quo difficilior Haasius, quoniam ad gloriam ardentibus res amica magis uel amicior Kochius; arrectis scripsi, ne molesta sit ardescendi uerbi repetitio. Haasium si quis maluerit sequi, is in arduis pro eo quod est arduis scribat necesse erit 2 ei bellum 3 sacrificio quisquis A, fortasse: quisque Haasius ascripsit in marg. 6 ratione A, oratione Haasius quatocius A, qua tutius Zachariae 7 praedictum A, praedictorum Maius catapultae 8 spem uaticinii fide de suo A, emend. Kochius, nisi maius spem una uaticinii fide suo p.; de una praepositione cf. Haasius pag. 27 sq. Klugius pag. 35 ut A, ut Haasius obsidionalibus scripsi ex coni. Maii, obsidialibus A 10 cum tuniculis A, emend. Haasius 11 situ ex coni. dedi, studio A, in quo suspiceris latere praesidio coll. Arrian. II, 27, 7: τὴν πόλιν δὲ ἐνοικίους ἐκ τῶν περιούτων ἐξήγαγον ὅσα φρονεῖν ἐς τὸν πόλεμον oportunitatis A, corr. Kochius ut qui haec talia sibi uinceret A, et — uindicaret scripsi; in idem fere incidit Zachariae 13 Memphim 14 Helopolim facit A, sacra facit Maius 15 aesim A, corr. Haasius, exim Maius 16 Diuum euo rem proxima A, em. Haasius 17 insciens A, sciens Haasius, sentiens Klugius coll. cop. XVIII lin. 9 et Iul. Valer. I, 50, non insciens Peiperus et Kochius 18 opificibus A, artificibus Maius negligentius sine dubio quam consideratius 19 alphita sui A, corr. Maius 20 paruisse A, malim operam nauasse prouidentia A, emend. Kochius alitus (corr. man. pr.) 21 edulia (per compend. scr.) A, edulium Maius abstersisse liniamenta scripsi dubitanter pro eo quod est in cod. aspergine liniamenti; liniamenta deleuisse coni. Kochius 22 Alexandrum A, Aristandrum Klugius coll. Arrian. III, 2, 2 pronuntiauisse 23 omnes A (per compend.), omnis Maius



XXI. Ipse Hammonis sacrum longe in desertis situm, ut illa sibi opinio patris staret, itinere incerto et inlimitatis locis magno dierum plurium labore contendit, quoniam harenis aequalibus diu indinoscibile est. Denique duos cornos draconesque praeuios iuisse aiunt inimici fabularum, donecum locum sacri appulerit sane secretum Deo et ad mira quaeque credenda idoneum. Quippe per immensum illud pelagus harenarum loci facies offertur consita, arborum uirens, nemoribus umbrosa, inhospita solibus, fontis affluens, tam Deo quam copiis diues, hic pratis mollis, hic floribus picta, glauca hic oleis, hic ebria Libero, hic palmis arboribus grandifera et caesariata, interscatentibus lymphis et interloquentibus riuis. Nec tamen illi ex ingenio nostratium fontium sunt. Quippe praecalidi noctis e medio sensim in meridiem frigent ad niuem gelidi, eximque tepentes in noctis medium conualescunt. Salem quoque effundunt nitore quo non purior crystallus et sapore gratissimo, ceu si arte condiatur, forma terete qua ouum est, paulo maius quam ouum ex ansere, longius crassitudine, totum peruium lumine. Denique exim mola sacrificanti pro ture est odoribus efficacior.

XXII. Hinc patris Dei oraculis confirmatus Memphim redit, quo sibi legationes graecae conuenerant, et eae referunt cupita nihilo minus uoto laetiores. Athenienses quoque captos Granici suos impetrant. Enim uero ipse cognominis sibi urbis iam condita adolescente surgentibus moenibus, tum belli rebus ciuilibusque formatis, Tyrum redit classe praemissa imminentemque Euphrati Thapsacum receptus urbem mox duobus pontibus amnem eum transit, quamuis Mazaeus missu Darii inturbaret. Eximque laeua habito Euphrata montibusque Armeniae pro utensilium commodo itinere quaesito Babyloniam tendebat. Ibi speculatore forte intercepto Alexander, quem in hos usus sibi Darius armauerat, noscit exercitum iam Tigreta amnem appulisse, obstiturum scilicet transmissuris ibi longe auctiore exercitu animo numeroque. Verum cum is con-

1 ammonis 3 indinoscibile est A, non dinoscibile est *Maius*; inimici fabularum *quoniam dicantur, docet Arrianus III, 3, 5 et 6* 4 apulit ire A, quod retinuit *Maius*, cf. *Klugius pag. 51*; appulere *Hoasius*, appulerit *scripsi* Deo A, *malim* Deo dignum 5 credendum A, *emend. Kochius* 7 pictam 8 nimphis 9 praecalidi sensim in meridiem A; in praepositionem cum tacite *Maius* omisisset, *Hoasius* scribendum *duserat* sensim frigent, meridiem ad niuem gelidi 10 tepentes in noctis (*sed. corr. ex noctis, ut uidetur*) conualescunt A, *corr. Hoasius* 11 offendunt A, effundunt *Hoasius*, effodiunt *Klugius* non inserendum esse uidit *Kochius* 12 teret toto A, *corr. Hoasius*; idem uerba ansere—lumine recte *diuisit* 13 efficacior 14 oraculi grae (*linea supra adhibita*) 15 hee referunt cupita nihil minus A; uerba aperte corrupta *emendare conatus est Kochius* scribendo nullo minus uoto laetiores Athenienses quoque et q. r., ut Athenienses dicantur nulli cessisse laetitia uoto maiore. Ego testantur referunt cupita, non uili omnes uoto laetiores 16 Granici imperant 17 ciuibus A, ciuilibus *Hoasius* classem praemissa imminentemque receptus urbem A, Thapsacumque receptus in urbem *parum circumspecte Maius secundum Arrian. III, 7, 1*; eminentemque receptus in urbem *Letronius Tyrum significari arbitratus*, Euphratis mentionem addidit *Muellerus* Thapsaci quoque nomen intercussisse suspicatus 18 Mazaeus 19 missus A, *corr. Peiperus alii* Dari habito (*corr. ex habitu*) Euphrata 20 Babilonia 21 in bos eum A, exercitum *scripsi ex con. Hoasii, qui parem medellam attolit Jul. Vaier. uerbis II, 5; (II, 1 ed. M.) quae sunt ad auxilium eius mei scribendo ad auxilium exercitus mei* Tigreta A, *corr. Letronius* 22 his

silio mutato pedem de amni retulisset, a tergo hosti nenturus Alexander protinus eum alueum transit praeruptis difficile superabilem. Ibi suorum uiribus fortis et ad futura praedictis agmen iam acie composita ducebat. Quarta denique die eminus e celsioribus speculis equitibus palabundis, ut sese uidere, concursu protinus habito pars aut caeduntur aut fugantur.

XXIII. Sedens agminis pondus Dario ipso duce omnisque belli apparatus haud procul indidem habebatur una omnibus gentibus barbaris, quae nomini alienae nostratium, sibi mutuo peramiciae sunt. Erantque eis numerus in quadraginta equitum milibus munitissimus, pedes uero histricies tantum, falcati currus ducenti et elephanti turriti, quae illis est pompa iactantiae. Hisque cum copiis castra tunc locant iuxta Buleum amnem Arbelo urbe non procul, uel quod alii manolunt in Causamelis; id loci nomen est. Illic fertur orso Dario suos in bellum adhortari uisum eunuchum, qui una affectibus captus refugerat, commodum dixisse, quo castitatis honore utque regie sui haberentur nulla absque eius gratia; et eum petisse diuinitus pro contione, si sibi iam tunc non liceat, Persis Alexandrum imperare.

XXIII. Tum locum deligit tendendo hostis uisibundus. Erat id aequor inoffensius equitable et Issico bello conditio diuersa, ut quod illic animi uirtute pronisum est magna hic corporis rursus fortitudine peteret. Igitur omni quadriduo uiribus suorum relictis exploratoque belli loco, nequa Persarum insidiae, sarcinis Alexander relegatis oratione incitat suos; itaque prouehit aciem silentio imperato, ut repens fragor fieret terribilior. At enim ea omni die uterque trepidi et circumspectantes itidem ut constiterant in acie quiescere. Utendumque noctis adiutu Parmenioni consilium erat, quod Alexander discit specie uictoriae indecentis, reapse quia noctis fortunae confidere ubi nihil cautioni loci est et imprudentiae est et inscientiae, quoniam consilia bellica longe tutius oculi metantur, quamuis ipsi haud amplius equitum septem milia, id uero peditum quod Persis equitum.

XXV. Quare in hunc modum nocte superata ubi cum die equites Seythas dextrum cornu suum irruere uelle et circumplecti Alexander uidet, obuuius tendit. Diuque ancipiti fortuna

1 amni A, amne *Maius* 2 fortis 3 ducebant (*corr. man. alt.*) palabund (*lin. ducta per d litt. supremam*) 4 concursa (*corr. man. alt.*) caeduntur A, aut caeduntur *Maius* 5 Sedens A, sed enim *Maius*; num sequens? 6 barbarisque nominis aliena A, nomini *con. Hoasius* 7 munitissimus incertum an munitissimis A, illud recepit *Maius*, hoc coniecit *Klugius* pedes A, pedites *Muellerus* 8 elephanti turri 9 tundocant A, tunc locant *Studemundus*, conlocant *Maius* iunctum A, iuxta *Maius*, iuxta *Klugius*, iunctum *conloci, recipere non eam ausus* Buleum A, cf. *Zumpt. ad Curt. IV, 16, 10* 10 id loci nomen est *glossem. esse statuit Klugius* Darius 12 nullius absq. eius grae (*lin. supra add.*) eorum petisse A, nulla absque eius (uel regis) gratia: et eum petisse *Klugius*, tum nihil aliud absque eius gratiae beneficio Dareum petisse *Kochius*; uerba difficillima non contigit mihi ut ex uoto expedirem 13 si *add. Maius* 14 diligit uisibundum erat. Id A, uisibundus erat. Id *Maius*; pro uisibundus *Klugius* proposuit uisibundus. uisibundus *scripsi et incidi ante erat uocabulum* 15 Issico bellico A, Issico bello *Maius*; fortasse scribendum est Issici belli loco aut quod A, *corr. Maius* 20 discit 21 quam A, quia *Maius*, *malim* quoniam cautioni loci est *scripsi pro eo quod A habet licet* 22 aut equitu 23 milia (*per compend. scr.*) 24 Seythas dextru 25 ancipiti (*e ex t facta per ras.*)

tandem tamen trusus hostis multo obdurantium damno in terga conuertit. Ultra iam Macedonum pernicacia audebat; enim Bactris paene frontis in medio numero claudentibus conuertit Alexandrum nuntius suppetiatum suis quis hostis fugientibus imminabat. Ac Scythae quoque lenati insecutore, ubi a tergo uacant, integrant uires reuersi Bactrisque congregantur, spe audaciam nutriendas. Fitque pugna acerrima iactatum crebritate. Quippe Paeonibus alacritas est amica more gentis suae uel ob tegmentum expeditius proeliantibus, quod praeter scuti usum loricae ut oneris neglegunt, cum contra hosti quamuis grauis impenetrabilis tamen ac satis firma corpus omne munitio clauderet et tueretur. Verum sic quoque inter eos, Paeonibus nunc impete retrudentibus aut concitantibus diuque aestu martio fatigantibus, inmitti currus iubentur. Eaque res et fraudi Persis fuit et spiramento Macedonibus. Quippe curulium falcium discedentibus his qui imminabant Scythae praedocti Paeones, ubi intrare currus intuentur, sensim in latera densati aditum quidem transituris dabant, utrimque tamen equos bigas aurigantesque facile confixerant. Idque adhuc Persis equestre tantum proelium uidebatur ac uelutatio leuius armatorum.

XXVI. Quare Darius mouet phalanga in Alexandri dextrum cornu, quod eius praesentia praeponderabat, sensim tendens suos, ut pauciores circumueniret. Sed feruentius obuians reprovisa plerosque Alexander discit nec obsequi consilio sinit adeo torrenti turbine et alacritate, uti Darius ipse exemplo hostis et pudore ignitior etiam tunc agminis sui in medio naniter bellans, ubi incondite suos turbare uidet, studio salutis neglegens existimationis in fugam uerteret idque curru quod nobilius ducebat. Neque difficile ceteri pedibus in sententiam euntes secuti sunt regis exemplum paria consultantes; quoad Cadusii, pars multitudinis persicae, rupta Macedonum acie in sarcinis praedarentur; qui tamen mox suorum comperta fortuna qua uia tutior fugientibus complent deminutionem. Sed haec in Alexandri sane dextris agebantur. Laenum uero, quod Darii cornu dextro obuiabat, aegre satis cura Parmenionis tuebatur; re- pensarentque Persae damna praedicta, ni Darium Alexander insequens per internuntium nosceret Parmenionis res uergere damno haud leui, eoque comperto et ancipiti satis bello eminus

1 dampno integra Machedonum pernicitiam deat A, audebat scripsi, cf. cap. XXXV ext. ulterius ausi; inerat Maius, tendebat Kochius 2 Bactris poen (lin. add. supra n litt.) 3 suis post fugientibus quis imminabat A, qui sibi imminabat Maius, hostem con. Klugius, qua coniectura probata uerba transposuit Kochius
Ac sic ite A, ac sic Scythae Maius, ac Scythae scripsi 4 audaciam 5 iactatum Pannonis A, Paeonibus con. Maius 6 uel ob tegmentum scripsi, uel obtinendum A, ad obtinendum Maius ed. Rom.
7 cum inseruit Haasius 8 inter eos (uerba alt. man. posuit in spatio trium uocabulorum a man. pr. relicto) 9 concinantibus A, corr. Maius 10 fuit adl. Maius spiramento A, experimento con. Muellerus Macedonibus inseruit Kochius curulium dubium an curalium falcium A, falcatorum con. Kochius 11 Scyte A, Scythis Maius praedocti pones (pones ex pones fecit man. pr.) A, emend. Klugius insuere cursus corr. Moins ed. Rom. 12 densati A, densati Klugius, demissi Maius 13 praelium uelutatio 15 Alexandri ex Alexandrum corr. man. pr. 17 dissicit 18 agricior A, ignitior Letronnius, acrior Haasius 20 decebat A, corr. Klugius sententium secutus A 21 consultans A, totum enuntiatum restituit Kochius 21 quoad Cadusii scripsi. Quas uisia A, dum Cadusii Maius 23 competunt A, complent Kochius 25 dampna internuntium ex internuntiuom corr. man. pr. 26 dampno aut

uiso regressus eidem subpetiaretur. Neque enim mora bello fuit a tergo hostium uenienti, quin uiso tali auxiliatore cuncti protinus laberentur, ut spes fugae blandior cuique.

XXVII. Quare ipse quidem Darium insequi statuit; agmen uero transmissio Lyco flumine qui ultrorsum est castra uallo munire ibique quam queant ocuis refectioni consulere iubet secundis intentos. Igitur Parmenion spoliis hostium et opibus coactis opperiri Alexandrum statuit etiam ultra progressum; qui ubi Arbelum uenit, quae prior ciuitas stadiis belli de loco ferme sexcentis sit, Darium quidem nullum uidet, ita uoluer praeteruolarat, opes tamen eius et armatum cidarin, apicem regium, curru una et insignibus retrahit uniuersis. Eo bello Macedonum desiderati sunt uiri centum, equi mille, quorum pars maior in sequendo Dario defecerat, Persis uero trecenta haud minus milia, totidem captis, spoliatis uniuersis.

XXVIII. Darius tamen paucis una Mediam petit, Babylone Susisque uitatis, quod eas urbes inlectu nobiles fore auideque petiturum illum pretium ibi gloriae opinaretur, et id tum expectare perfacile erat. Denique Alexander contendens cura et facie bellatoris terribilis in acie agens militem festinabundus Babyloniam accessit, minax motu quantum uisi eminus queat. Omnes protinus incolae cultu nil tristi, enim laetitiae simulamento obuiam una muneribus effunduntur; eoque genere uniuersi ad meritum recepti metum obsequio mutauere gratantes sibi nec uictore secus ad modestiam reducto. Illic igitur primum Persarum omni regno disposito suis legibus et eius administratoribus datis Susas quoque maiore longe uictoris specie proficiscitur. Eximque Tigri transmissio Vxios pergit, efferum hominum genus, quorum quisque campestris dicto audientes fuere; montium uero incolae de soli ingenio ferocios obstituros sese obnuntiabant, ni more Darii mercedem sibi transitus dependisset. Enimvero tunc Vxiis superuenit inprouisis stratisque obuiis celsiora montium scandit. Mutata denique adrogantiae uice Vxii uectigales sese eidem profitentur.

XXVIII. Exim relictis qui grauius armabantur Pylas petiit fauces montium persicorum ibique offendit Ariobarzanen in se armatum Darii nomine studioque quadraginta milibus pedatum et equitum septingentis obuiasse. Vbi tamen sibi ingenium loci quam munus hostium plus obsistit, docent captiui circumta posse consuli difficultati; quibus auscultans fide dicti prae-

1 subpetiaretur 3 ipse qdr (lin. ducta per q infimam, uirgula supra d add.) A, ipse Alexander tacite Maius, ipse quidem scripsi ex coniectura 4 qui A, quod Maius totius 5 intentos A, contentos Klugius spoliis spoliis operiri 6 prior A, uox aperte corrupta 8 cidar 9 desirati in sequendo scripsi, insequendo A Dario fecerat A, corr. Maius Persis A, Persarum Maius 12 inlectu nobile sere auide que petiturum protinus sibi gloriae A; dubitanter constitui uerba partim ex Peiperi, partim ex mea coniectura; nobiles uictor auide petere Maius, idem auide om. in ed. Rom., in lectu nollet uisere auideque illum petiturum paratum plus sibi gloriae con. Kochius tum expectare scripsi, cum est lectare A, coniectare Maius 13 entendens (ut uidetur) fatie atie 14 astu minatus A, acuminatum Maius ed. Rom.; festinabundus con. Kochius Babylonia quaeat 15 simulamento offunduntur A, corr. Maius 16 generi 17 reducto scripsi confidenter, credito A 18 Susas longes uictum spetie A, repugnanter recepi scripturam Maii proficiscitur 19 transmissio quisque A, quique Maius dicta 20 feritiores 21 mo Darii A, corr. Maius iussis A, Vxiis Maius 22 obuiisque 24 Pylas 25 Dari XL 26 munus A, manus Maius; illud restituere non dubitauit 27 auscultans

uisa, emensis nocte stadiis sexaginta superuenit Persis interritis aditu sui que securis. Caesis denique obstinatoribus fugatisue ultra inoffensus tendit *Persagadas* praedae diuitiis inuitantibus; Cyri denique atque Xersis illic ceu si tutius sitis, thesauris potitur et amoenitatibus aulicis, quamuis regia igni abolita odio Xersis iniuriae, tum regis noluptatibus, abolendis, etsi iam suis, scilicet ut uicem damni ac labis meritum, quam ille inuexerat Graecis, repensaret.

XXX. Hinc Mediam dirigit studio Darii capiendi, qui si ulterius urgeretur insectantium pernicacia transire decreuerat ad Hyrcaniam. Quippe Darius Bactra populatus tum omnibus adpetendis corruptis aut amandatis damno regionis contra insequentes cauebat. Ac siquid sibi regiam aut de affectu regio supererat, id omne iam Pylas caspias relegarat, unaque comitantibus et fidelitate deuotis, ut opinabatur, quos *Ecbatana* coegerat morabatur. Qua re conperta duodecima demum die Mediam Alexander aduolat, quod exim ultra abiturus Darius ferebatur. Sed iam digressum una thesauris insequitur unius diei reliquo interuallo, rescitque a transfuga, pertaesos comites fugae eius, ceu si in gratiam potioris, Darium habere sub uinculis, Besum uero satellitem regis eius insignia recepisse. Igitur noto pennatior et spe uoti ignotior et uiae usus asperiore compendio (ille labor erat pretium morae abscondendae), inopinus superuenit Beso, confligentemque damno non leui dispergit et disicit per uim clam fugae remedio dilapsam. Ibi *regem* reperiunt interentum a suis, qui Beso una fugissent. Quare corpus quidem honore regali maiorum eius sepulcris inferri iubet.

XXXI. Ipse uero, Hyrcaniae quis uisum ad ingenium loci ac temporis reuersionisque commodum superpositis, Besum insequitur, sic animo firmatus, ut quadritariam fugiens uallaretur. Denique ubi campos ingressus est, uictori se dedunt Abraxares una Phratapherne satrape; Besus elabatur. Qua cura deposita seu dilata suos quidem per loca belli siquos reliquerat congregari iubet, relictisque his quatridui mora Xazacerta ire decernit, urbem illie nihil optima posthabendam, quam praemissi in hoc ab Alexandro moderabantur. Sed concurrunt prius

1 emensi LX A, C *Klugius coll. Arrian. III, 18, 5* 2 obstinatoribus inoffensus A, corr. *Kochius*, inoffensus *Maius* tendit praedae (per comp. ser.) diuitiis A, transit Persepolim tenere *Maius Arriani uerborum (III, 18, 10) et codicis scripturae aequae incuriosus; Pasargadas significari intellexit Klugius, ego praedae uocabulum restitui* 3 Zercii A, cf. *l. n.* 4 totius post potitur spatium in A aliquot litterarum casu tribuendum 4 abolica odito Xersii noluntatibus abolendis et siam suis A, noluptatibus abolitis etsi iam suis *perperam Maius* 5 ad A, ac *Maius* 6 Mediam dirigit A, dirigit iter *Kochius* 7 pernicacia 8 emandatis dampno regio 9 supererat *scripsi*, supersederat A relegerat comitantibus 10 utilitate A, fidelitate *scripsi*, ut ea quae sequuntur uerba ut opinabatur ad Besi perfidiam sint referenda quae secatenecoegerat A, quos Ecbatanis c. *Klugius coll. Arrian. III, 19, 2; aliter de his uerbis indicauit Kochius, cum coniecit* et utilitate deuotis, ut opinabatur, quae eos sequi regem coegerat 11 habiturus 12 nescitque 14 ignotior A, ignotior *coni. Maius* 15 pro asperiore nescio an scribendum sit asperioris compendio elaborare ad pretium morae abscondendae inopinus A, *emend. Kochius* inopin 16 dampno dissicit per biselam A, corr. *Maius*; conieci pernicis clam, quamquam ne hoc quidem uerum esse confido fugae remedio *scripsi*, fugere medio A, fuga de medio *Maius* 17 Ibi *regem* reperiunt (fort. reperit) interentum a suis *scripsi*, ibique reperiunt in arma suis A, ibique reperiunt Darium interfectum a suis *Maius* 19 quis (per compend. ser.) A, quibus *Maius* 20 inquitur 21 Abraxares A, Nabarzanepes audit apud *Arrian. III, 23, 4* frataferne 22 dabitur 23 Xazacerta A, *Zadqazarta Arrian. III, 23, 6 (Zevdqaarta ibid. 25, 1)* discernit obtine.

etiam impedimenta agminis uniuersi loco belli relicta accitaeque post id; sic enim regia iussa praescripserant. Ac siqui ab se distracti fortunam belli meritumue uictoris elegerunt, uel qui ad dubium iudicium peruenerant, tum uenia donati omnes, Graeci quoque mille quingenti qui Dario mercede militabant, eosque suos facit. Interim tamen Mardos excurrit et captos bello redigit in obsequium nihil omnium rennuentes (sed enim Mardis praeter arma uirosque nulla sua res est), opum cura posthabita perdurans, quae ceteros hominum exercitos habet. Exim reuertenti Spartani se offerunt, qui Darii amicitiam petierant; sed custodiri mandantur suspecti simplicis confidentiae.

XXXII. Tum moratus Xazacerta in Hyrcania dies quindecim Parthyaeos Ariosque profiscitur et Susiam ciuitatem, quod Besum illie bello studere comperisset non regni modo, uerum nominis etiam Artaxersi ueluti ad reuerentiam sibi uanitate quaesita, quoniam multi refugae Bactriani in eius satellitium confluxissent inlecti mente iactantiae. Inque id festinanti Satibarzanes Ariorum satrapa nuntiatur, interfectis Macedonum urbis eius ad custodiam quos acceperat, Arios pro Beso armare. Illo igitur praeuertens sexcentis biduo stadiis urbem Artacoana Ariorum regiam uenit. Quo uiso Satibarzanes una paucis consciis meriti fugit; ceteri puniuntur mali consilii uel obsequii mercede. Quis gestis Xazacertam Alexandro reuertenti offertur unus Darii interfectorum afficiturque seruiliter uerberibus ac morte. Edoctusque ab eo super consciis in Besum ducit exercitum.

XXXIII. Eo uero itinere gentes subiugat plurimas, tum Drancas, tum Arachotas barbaros barbarorum uicinos Indiis mari rubro imminentes, Arios quoque qui nuper obsequio defecerant, idque hieme multa iniquum militibus inpeditis. Enim uero in hos ducibus inmissis ipse Caucasum tendit amore uincendae difficultatis et illi quoque Alexandriam sibi ad fidem laboris instituit ac nominis. Quam molienti nuntiatur Besum ultra transgressum Oxum flumen nauibus superauisse, quas omnes incenderit, ne par sequentis sit libido. Igitur nihil moratus ipse quoque audet in Caucasum longitudine sui Tauro continuum, saxis incondite arduum neque gradibilem,

1 agminis uersi 2 siquis ad se A, corr. *Maius* uel qui ad dubium iudicium peruenerant, tum *scripsi dubitanter*; uel qui adiuuam iudicium putant tum A, uel si qui ad eius iudicium prouocarant *Maius* 3 donationes Graeci 4 suos (corr. ex suoso man. pr.) 5 uirosque A, corr. *Hansius* 6 perduransquae 7 amicitiam petierant 9 Parthos Arionosque A, corr. *Klugius ex Arrian. III, 25, 1 coll. Diod. XVII, 105 et infra l. n. 14 et 20* 11 nomine A, nominis *Maius* Artuxersi ut uidetur 12 refugie (litt. i. inducta a man. pr.) electi A, elati *Maius*, illecti *Klugius* mente iactantiae A, mentis iactantia *Maius, codicis scripturam restituit Muellerus* destinanti A, corr. *Klugius* 14 acceperant probes armare Artacoanta 15 pauci conscius A, corr. *Klugius coll. Arrian. III, 25, 5 Σατβαρζάνης μὲν — ἐν ὁμοίᾳ ἰσχυρῶς τὸν Ἀρσίον ἔργον... Ἀλιζάρδος δὲ, ὄοντες ἐννακτίους τῆς ἀποστρέψεως κατὰρθε et q. s.* 16 obsequio Xazacertam A, postulari Zarangeos immerito opinatus erat *Klugius coll. Arrian. III, 25, 7* 18 ducit ducit 19 ea Dracastum Arachotas barbaras barbarorum uicinas A, Dracas tum Arachotas barbaros uicinos *Maius*; Drangas uel Drancas scribendum esse intellexit *Klugius diss. pag. 11, adnot. 32* 20 defecerant 21 in his (corr. man. pr.) Caucasum 22 illi A, illie *Maius* instituit ac nominis *scripsi*, institutae nominis difficultate A, instituit *Maius reliquis omissis* 23 superauisse ex superasse corr. man. pr. 25 Causasum

ut uidebatur, intersitumque parvis arboribus; ceteroqui terebinthum illic aiunt et silphium gigni, quo facile adplicari oves odore floris eius et esu frugis et usu radicium delectatas; eoque et hominibus gaudet carne sola contentis, martiis prorsus et belli usibus amicissimis. Quippe hinc Besus non modo gentem optauerat, uerum quicquid suppetile insequentibus foret, id omne corrumpens abolensque incendio geminauerat difficultatem paria temptantibus.

XXXIV. Sed enim frustra id quidem. Ita omnibus superatis quod se suosque Alexander confectos fame Aorni primum, tum penes Bactra uiaticasset, ipse quoque Oxum iam superauerat. Vbi cum facultas transitui nulla esset, probat nihil ita mortalibus arduum, cui non uiam perfacile sapientia strauerit. Quod enim alias praesenti usui suppetiari aduerterat, promere suos pelles ouium et subtendere iubet eis gignentium friuola aridaque constringique quam maxime in uinculis crebrioribus docet. Hisque peractis substratu leuium densarumque utrium et superiectu trabicularum calcatu tabularum conexas utrimqueseclus pellium pagmenta usum ratiū integrauerat sibi que pecorique. In hunc modum sarcinis transportatis, non superstantibus tantum fida militibus, sed amantibus quoque animandis, si statio horruisset, opinione facilior transmissio fuit, cum sex stadiis latitudinis alueus Oxi amnis pateret. Nec tamen quisquam ausus obsistere est; quin etiam nuntiatur iam planiora peruiantibus Besum ibi uinctum a suis communi pretium

1 paris A, raris Klugius coll. Arrian. III, 28, 5 *ψιλὸν δὲ πολὺ ἀπὸ τοῦ τρέψαι* parvis conī. Zachariae ceteraque uitio bonum quod illic aiunt silphium A, ita ut post que particulam iterum q exarata sit nec tamen perfecta utpote quam scriba falsam esse intellexeret; ceteraque terebinthum illic aiunt et silphium Maius parum probabiliter, coll. Arrian. III, 28, 6; uerbis corruptis nescio an etiam grauior medicina sit afferenda

2 adplicari scripsi, adpari A, adpasci Maius, adparere Zachariae; fortasse praestat scribere adproperare coll. Arrian l. s. s. *ὅτι καὶ γαίφροναι τῷ σιλφίῳ τὰ πρόβατα, καὶ εἰ ἐκ πολλοῦ πρόβατον σιλφίον αἰσθόοιτο καὶ δεῖ ἐκ' αὐτοῦ* et q. s. odore floris eius et esu frugis et usu radicium scripsi probante Kochio, floris eius et usu frugis et usu radicium (aut raditium) A, floris eius esu et usu frugis et radicium Maius 3 carne ex carnibus fecit man. pr. sola (a litt. in ras., ut uideatur scriptum fuisse carnibus solis) 4 Besus (man. pr. scr. in ras.) gente suppetile A, suppetile Letronnius, suppetiarum utile Kochius, suppetibile Peiperus; nisi forte scr. suppetias insequentibus ferret 5 corrupta amolitasue A, corrumpens abolensque Maius, cuius uestigia quamuis inuitus insecutus sum, quoniam meliora non habui in promptu temptantibus 6 Alexander docte fama A, docuerat fama Maius, docet f. Peiperus, confectos fame scripsi, ut quos James magis quam fama commouerit 7 uiaticasset scripsi facili emendatione pro eo quod A exhibet uiaticassel, Maius uiatica esse Osum 9 aliud A, corr. Maius, fort. scrib. alios — suppetitare pelles quibus subtendere iubet eis gignentium A, pelles iubet quibus subtendere gignentium Maius; uerba dedi ex coniectura Kochii; ceterum ea quae A habet quibus subtendere nescio an referenda sint ad Arriani uerba τὰς διψήθους ἐφ' αἷς ἐσκήρυον (III, 30, 4), quanquam multo parcius ab eo descripta est Oxi transmissio 10 constringique scripsi, constringi A 11 hisque peractis scripsi consentientibus Peipero et Kochio, his quippe pactis A itidem A, utrium scripsi, cratium Kochius trabicularum Letronnius 12 calcatu A, calcatu Maius tabularum A aperte corruptum; fort. scrib. iumentorum pragmenta A, corr. Forcellinius s. u. tabulo 13 tantum fida A, tantummodo conī. Kochius 14 animandis A, animantibus Forcellinius 15 quisque 16 qui etiam perinantibus A, corr. Klugius ubi suis incertum an sius

culpa seruari pro his quibuscum fugerat reum. Quare exim iter solito patientius facit. Ptolemaeum uero Lagi praecire susceptum Besum ad seque perducere antemittit. Nec mora, uinctum offerunt, una ceu flamma ira eius extincta. Ita increpitum perfidiae seruilis probrique eoque nomine uerberatum ad poenae conperendinationem custodiri in tempora mandat; in ceteros uenia liberalis.

XXXV. Hisque in hunc modum gestis exim sibi equorum numerum integrat, qui admodum plurimi omni genere difficultatum uarie defecerant. Ipse ire Maracundam contendit, quae Sogdianis est regia, Tanaimque exim, qui subortus e Caucaso ingressurusque hyrcanum mare Asiam Europamque dispertit. Eius pars fertur Tanaidos humata paludibus maeotis emergere denuo easasque Euxino dare, ut cursu quo uoluitur urgeatur. Eo itinere tamen praemissos Macedonum castra metatum in prouiso offusi paucis indigenae opprimunt obtruncantque, qui in triginta haud minus milibus Alexandro uenienti obuersari decreuerant. Enim mox Alexandro ingruente ad montium celsiora conrepunt. Sed ubi eis primo conflictu fortuna blandita est, Alexandro erus sagitta transiecto, ulterius ausi eo usque caeduntur, ut uix octo de triginta milibus laberentur.

XXXVI. Quibus gestis Abii Scythae Homero iustitiae laudati legatione se dedunt moremque gesturos uictori profitentur, quantum solis corporibus queant, quoniam quisque pauperior liberior infestatore. Eorum denique moribus delectatus remissis adiungit studio uera discendi, qui quid colerent aut uiuerent renuntiarent. Ipse progressus ad Tanaim illic quoque urbem sibi instituit haud disparem magnitudine cognominibus Alexandriis, idque usui cauens, si quando post id eadem militaretur. Sed inconciliantibus Besi sociis iugumque gentium nominantibus metu poenae septem urbes consulto pari graecos custodes interimunt. Quarum quae Cyri ciuitas dieta Craterus multa cum militum manu mittitur obsessurus, ne quid ultra liberius queant. Ipse Gazam primo congressu aliasque quattuor biduo capit.

XXXVII. Tunc Cyram adgreditur situ murisque firmissimam, quam quindecim scilicet armatorum milia tuerentur nullis uictualibus indigentia. Iamque machinis in id admotis repente annem, ut prius animo praesumpserat, qui eam urbem agmine turbido interfluit, transit

1 patientibus 2 uinctus (aut iunctus) offerunt A, corr. Klugius, uinctus offertur Maius 3 una ceu flamma ire eius extincta (aut extinctu) A, quae uerba dubitanter constitui ex conī. Klugii proque eoque eo nomine A, emend. Kochius 7 Maracunda A; at cf. pag. 20 lin. 6 et 19 8 Tananque Caucaso 9 dispergit humo Asia A, humata Kochius paludibus metis (o supra m et e litt. add. man. pr.) 10 itinere ex tempore corr. man. pr. tam praemissus 11 aut 12 obseruari 13 conrepunt scripsi, conrepunt A, conrepant Maius, erepunt Peiperus; concurrunt Klugius; Placidi glossam (Maii auct. class. III, 442) conrepere conuenire, unde discrepare dissentire, cuius me admonuit Kochius, huc pertinere parum probabile est conflictu 14 laberentur A, malim elaberentur 15 gestis Ab scyte Homero A, ab Homero stulte Maius; cf. Hom. II, XIII, 6 iustitiae 17 uero A, corr. Peiperus, ueri Maius discendi quicquid 18 Thanaim 19 aut disparem magnitudinis cognominis (aut cognominis) A, unde restituendum existimaui magnitudine cognominibus, cum uix licuerit dici sui cognominis 20 id in eadem A, id om. Maius, in induxit Zachariae, nisi scribendum est in eadem militaretur terra 20 sotliis 21 quarumque Ciry 22 Creaturus (corr. ex Creaturas man. pr.) ne scripsi, neu A 24 Cyri A sytu 25 nulli uictualibus A, nulla uictualium Maius, corr. Haasius amotis A, admotis Maius, ammotis Peiperus 26 praesumpserat turbi interfuit

Alexander nihilque opinantes obruncat. Tunc secure eius urbis potiturum se ratus animo deferuerat. Neque inpune id aut modestiae merito; acriter enim incolae congregati inter primos qui inruperant Alexandrum quoque saxo caput graniter vulnerant. Sed non eo setius iritatis protinus Graecis capitur ciuitas uastaturque, nihilo minus rege in opere feruente. Quae uero septima ciuitas exempli metu ad modestiam ducta est.

XXXVIII. Veram sic quoque Maracundam contendit, ubi sui obsideri nuntiantur et praeterea Scythae trans Tanaim obturbabant. Quare suis legat propere suppetias. Ipse nicesima die urbem quam praecoepit substruit, poena captiuorum usus ad operis festinationem tali in tempore necessarii, datis incolis quos aetas aut uulnera deprecabantur, item militiam iam nolentibus aut etiam nequeuntibus et in id idoneis peritia necessariorum. Verum imminuentibus Scythis superbe, hos aequae conatum cum sacrificia cohiberent idque creberrime, uincit imperatoria indignatione, ni uinceret ratio, quae fato obuiabant. Ac nocte Tanai transmisso tam facile quam audacter hostes primo incursu fugat caeditque palantes. Eos uero intemperantius persequens siti aestiuae succumbit. Neque aqua utilis reperta; quicquid de fluuiis uel riuus ab aestiuo in lacunis erat, eo proui ac lingua lambentes hausto ceu necessario, latente eius peste, corrupti sunt. Quippe ea qualitas aluo laxandae efficacissima. Ita omnes uiribus uacuati aestu intestino caloris, ut minus nonnulli hoste quam pestis illius uitio praecueantur. Insecuti nihilominus eorum legati ueniam erratis pro uictoria retulerunt. Hi porro Macedones qui in arce Maracundae obsidebantur ante aduentum auxilii eruptione facta disiecerant hostes ac fugarant. Longius tamen eos in Sogdianos insecuti, ubi de reditu consulunt amnemque Polytimetum adiuere, sensim prosequuntibus Scythis inexploratam adorti aluei partem limo profundius retentantur. Idque ubi hostis gnarus locorum uidet, praecueit adortique rerum imperitos ac male cedentes comminus figunt omnes, nisi quis praecueisset pedum aut uisum potens. Neque amplius equitibus semiermibus quadraginta, peditum trecentis fugere.

1 Alexandro potiturum scripsi, potium A, potitum Maius 2 deferuerat A, deferuebat con. Kochius
3 inruperat A, corr. Maius saxum capud nos eos etius 5 metu (e litt. in ras. scripta) 6 si quoque obsederim 7 site 8 praecoepit subruit A, corr. Maius 9 idem 11 sitis hi saepe A, hos aequae Klugius; nisi forte scribendum est ripis pugnae (aut pellere) conatum cf. Arrian. III, 4, 1
12 indignatione, ni scripsi, indignatione A, indignatione ut Kochius obuiabat A, corr. Kochius Thanain 13 Eosque uero A, quod fortasse ferri potest 14 utilis A, malim potabilis 15 niuis (altera s. del.) A, riuus Maius a lingua incertum an adingua 17 uacuato gestu intestino A, uacuati aestu intestino Maius, estue scribendum uacuati aestuabant intestino calore? hostilis uitio A, emend. Kochius, hoste quam uitio Maius, hostibus quam uitio Peiperus; fort. scr. ut nimis multi pestis illius uitio 18 pro uictoria scripsi, pro uictoriam A, post uictoriam Maius retulerunt A, retulerant Klugius
Hii 20 eos qui Sogdianos amneque 21 Polimetum A, corr. Muellerus adiuere A, adpulere Haasius Scythys adortari 22 reretantur ignarus adortatque rerum A, conicias regionum
23 credentes A, corr. Maius ex Arrian. III, 5, 9 fugiunt A, conficiunt Maius, figunt Klugius coll. Arrian. I, s. s. οἱ Σκύθαι — πάντας κατέτετόξενον nisi (o litt. ante n. inducta) A 24 uisum XL peditum A, peditibus Maius CCC

XXXVIII. Quibus Alexander nuntiatis Maracundam contendit auctoremque eius sceleris Spitamenem fugientem secutus omni cum socio interfecit. Suos sepelit uastatque regiones, quas Polytimetus amnis ambit aut rigat, qui progressus ulterius harenis bibitur et receptatur, facitque inuia cuncta subsidiis accolentium nullis; quoniam illi et alii famosi amnes hauriantur, Epardus qui Mardos, Ariusque qui Arios interfluit et Etumandrus ueniens per Energetas; hi omnes illic sepulti uanescunt. Hieme igitur apud Arimaspos declinata dat sese legationibus obsequentium aut paciscentium, quod usus aut quies uellet; Besumque accitum et rursus increpitum et uerberibus punit et morte, mutilatis tamen prius et naribus auribusque; idque supplicii genus durius uisum quam seueritas graeca est.

XXXX. Nam et cetera eius cultus et affluentiae more Medorum suorum plerique iam sedulo auersabantur, cum luxu mores adrogantiaque mutasset, tum mensae modo, tum uestium pretio, tum apicis uanitate, ut qui utroque de latere Heraclidas sibi Aeacidasue censeret, Arsacidum tamen aemulationi concesserit uinci se passus ab iis, quorum moribus obsecundabat; idque ei omnes animi glorias obumbrabat. Praesertim ubi amicissimum sibi Clitum illum Granici propugnatorem ex causa conuiuii incitus interfecerit (die sacro quo Liberi loco Castoribus fecerat), qui epulo accubabat una blanditoribus regis. Tum supra ipsos fortitudinis Deos laudari ab adentatoribus coeptus patri quoque se Philippo anteferri delectabatur. Enimvero Clitus uti Alexandrum amicum restitueret in uiam neque concederet ei malam morum adrogantiam coalescere, cui modestia et uerecundia plus laudis adferret, amico liber, religiosus in Philippum: eum uero se anteferre respondit, qui hos fecerit suos animi uiribus corporisque, cum quibus uicerit nunc is qui talibus gaudeat. Quae ubi ultra nec prouidet regem uino calentem, Cliti uerbis gladio respondetur. Sed enim mox in id recidit paenitudinis, ut eum uitae pigeret adeo impigre intemperantis, ni amici magis offensae id Dei Liberi, quam eius moribus darent, qui sic posthabitu sollemne suum ultus furore putaretur aut inuidia laudationum earum aemula.

1 nuntiatas Maracunda A, cf. pag. 19, lin. 7 adnot. 2 Spitamenem 3 polemias A, corr. Muellerus, Polimetus Maius quique progressus 4 et colentium A, colentium Maius, accolentium Klugius illi A, illic Maius auriantur 5 Pardis A, Epardus Klugius coll. Arrian. III, 6, 6 Dariusque qui unos A, quae uerba ad Arrian. I, s. s. confirmanda esse ne Maium quidem fugit, quanquam in uerborum contextum recepit Darius qui Hunnos Etumandrus 7 obsequentiam aut pasciscentium quo 8 et gloria A, corr. Kochius et ego coll. cap. XXXII; et morte ingloria Blassius, et loris Peiperus mulatis (corr. man. pr.) 12 asqui A, quasi qui Peiperus, ut qui Kochius; malim ut is qui heraclidas incertum an heradidas Arsacidum A, Persarum Klugius 13 uicti rem passum His A, quae supra scripta sunt suppeditauit Kochius 14 clitum incertum an ditum 15 incitus A, iratus uel ira percitus Kochius quo Liberi loco scripsi, quod Libero A, quod pro Libero Maius; cf. Arrian. III, 8, 2 16 & quae A, qui Maius; nonnulla intercidiisse suspicatus est Peiperus 17 clitus dubium an ditus 18 mala 20 corporibusque 21 his A, corr. Kochius ultra nec pudet A, lacunam post ultra deprehendisse sibi uisus est Peiperus; at cf. cap. LII metu ne quid ulterius et cap. LIII obtinentque ne ultra, uerum Babylona ut redeat; deinceps nec prouidet scripsi non sine aliqua dubitatione clati incertum an dati 23 impigre A, num improbe? magis suspense ad Dei A, id offensae Dei Maius, offensae id Dei Zachariae 24 postobitum sollemnem uultus laudantium A, laudationum scripsi, laudum Maius 25 aemuli A, aemula Kochius, aemulus Maius; laudantium rerum aemuli Peiperus

copiis ante congestis. Vbi ergo oblata sibi uenia non cessere magnum praemium publicat auris eius saxi incensionem auri talentum primo, tunc *pro portione* pretium secuturis. Reperti omnes quadringenti uiri, qui patrauerunt rem in hunc modum. Paxillos ferreos, quibus pelles intendunt, praetenta face ea parte praerupti, qua fieri posset aut gelu cederet, mutuo innixi figebant, 5 eisque subuecti paulatim omni sub nocte tandem euadunt armis una, cumque luce inopini inruunt securos et inermes barbaros ac semisomnes, impeditosque mulierculis et infantibus praecipites agunt nihil eorum paucitatis scientes, donecum reliqui sese dederent et aditu reserato, quem inserabiliter obstruxerant, Alexander receptaretur et copiae, nec tamen amplius uiris uiginti desideratis, quos ascensionem molientes, ubi loci conditio fefellisset, deiectos in 10 praeceps ne sepulturae quidem nisi niuum profunditate seruaret casus aut fatum. Igitur his uictor copiis fatus auctusque quom *Oxyartae* Bactrianorum regis affectus opesque illic repperisset, eius uirginem filiam Roxanen nomine magno formae merito et nobilitatis sibi coniugat, is ille scilicet, quem Darii uxor, ueneriae sane pulchritudinis femina, non euicerit. Denique Oxyarten debito sibi soceri honore dignatur.

15 XXXXV Hinc ducit in aliam petram eelsam stadiis uiginti, sed sexaginta ad ambiendam faciem sunt, uno aduabilem calli, superne aequoream uirentemque, soli ubere et mollitudine diuitem. Choriensi id castellum uocabant regis nomine, qui illuc confugerat Choriennus. Verum quod eius saxi calcem naturali uallo munitam intueretur, id primum explet caesu frondium et adgestu humi saxorumue opere perueiaci. Iam denique labore perfecto scalisque admotis Choriennus 20 internuntio Oxyarta pretium ueniae uictori se suosque transscribit. Eodem merito procurationem sibi accepit quod regnum habebat, quoniam uictorem exercitum non labore militiae modo adeo conperendinatae, uerum hiemis quoque ui et indigentia fatigatum apparatus sui largis opibus refouisset, nec decima quidem parte totius affluentiae dispensata. Ad haec siqui rebellium

2 incensionem talento A, fort. scribendum talenta duodecim sec. Arrian. IIII, 18, 7 *ἕρθα δὲ ἐξήκοντες Ἀλέξανδρος τῷ μὲν πρώτῳ ἀρσάνῃ δώδεκα τάλαντα σίβαι τὸ γέρας, cf. Curt. VII, 41 12* praemium erit ei, qui primus occupauerit, talenta decem primo tunc precium A, litteras quas unciis inclusi in ras. scr. man. pr.; uerba pro portione interponenda esse duxi 3 quadringenti A, quidem trecenti uiri con. Klugius propter Arrian. IIII, 19, 1 4 quam fiebant A, corr. Klugius 5 omni A, uocabulum haud dubie corruptum, omnes Kochius 6 et ernemes 7 dederant A, corr. Kochius 8 quam inserabiliter A, inreserabiliter con. Peiperus ut copiae nec incertum an noc 9 uiris XX desideratis A, uiri triginta desiderati sunt Klugius coll. Arrian. IIII, 19, 2 deiectis 10 niuum A, niuium Maius 11 copiis ex cupiis fec. man. pr. actusque quom Oxyartae scripsi, quomodo si arte A, quomodo si in arce con. Maius Batranorum 12 coniugat scripsi, coniungat A, coniungit Maius 13 quam 14 debitum 15 ad ambiendam faciem sunt (sunt per compend. scr.) A, ad ambiendam faciem sunt Maius, ad a. faciendam sunt idem coniecit in adnot.; ad ambagem faciendam siue faciendam sunt proposuit Zachariae 16 uno add. Klugius coll. Arrian. IIII, 21, 2 *ἀνδὸς δὲ ἐς αὐτὴν μία* aduabilem A, corr. Letronnius mollitudinis A, multitudinis Klugius coll. cap. XXI copiis diues 17 Coriensi ad castellum qui A, num quia? illi A, illuc Maius confugerant Corunus A, corr. Maius 18 explete esu 19 saxorumue A, saxorumque Maius perfecto scripsi, peruectos callisque A, proecto scalisque Maius Coriennus 21 militiae 22 hiemes 23 sequi

reliqui omnibus perditis subiugatisue repedit Bactra tempore, quo Callisthenes una cum in sidiatoribus regis suspectatus est.

XXXXVI. Hac sub fine Alexandro Persarum imperium integratum est, quo tuendo Amyntae dato Bactris ipse profectus retransmittit protinus Caucasum quem terminare Taurum diximus, nomine modo de continuatione mutato. Undecima die quam supermolitus est illic Alexandriam 5 uenit. Transmissis inde regionibus Parapamisadarum perque Nicaeam oppidum et Cophena flumen Indum petere contendit Taxile sibi munifico, qui partes quibus uiandum primas Indiae tunc tenebat, eumque praemittit una suis paratum Indi transmissionem. Conatum denique Astem hostium ducem uiantibus intercedere capiunt, itaque peruiant multis aliis gentibus caesis et oppidis captis. Nec minus Alexander agens, siquis obturbet, insequentis sagitta etiam 10 humerum superscribitur; Choeque anni transmissio quisquis obuius sternitur et Arigaem urbem incensam desperatamque a ciuibus instaurari procurat merito opportunitatis. Tum reperta hostium multitudine trifariam superat iustis omnibus proeliis. Ducenta denique triginta boum milia illic capta formae merito destinata una captiuis Macedoniam cultum agros suorum et † suascitum.

XXXXVII. Compertoque gentes Accas quadraginta milia armanisse per annum Guracum in eos ire festinat. Eique in oppida discessere in id longe ante munita. Sed enim castra 15 eminus molientes irruunt Graecos; hique astu cedere simulant, conuerso denique agmine sternuntur; pars muro clauduntur omni praesidio munitissimo. Sed enim res haud in facili erat duplici septu munitos accedere, et ibi denique Alexander crus sagitta uulneratur. Sed die 20 quarta belli in opera prae muro interfecto rege se dedunt. Idque Alexandro uolenti admodum fuit, ut commilitio accederent; sed ubi producti fidem mutant, uallati caeduntur.

1 repedita A, repedit Klugius, repedit ad Peiperus una cum uoces pro multo sane uisitatore una praepositionis uim coniuictas non erat quod Haussius in suspicionem uocaret, cf. cap. XI 3 Haec Amyte 4 Caucasumq; inremis Taurum A, corr. Kochius coll. cap. XXXIII, Caucasum quem eundem Taurum Maius, Caucasum quem interim T. Peiperus 5 de continuatione mutato A, non continuatione mutata con. Kochius 6 Parapamisamidum oppidum et foena post contendit litura unius uel duarum litt., fort. & 7 partes A, partibus con. Kochius 8 pretermittit conatum. Denique datum hostium A, emend. Klugius; de Astis nomine ex Arrian. IIII, 22 8 restituendo iam Maius cogitauerat 10 opidis 11 Choeque anni Maius, Euiaque aut Euaque anni A Argacum A, Arigaem Klugius coll. Arrian. IIII, 24, 6 *Ἀλέξανδρος ἐς πόλιν κατῆλθεν ἢ ὄνομα ἦν Ἀριγαίων καὶ αὐτὴν καταλαμβάνει ἐμπερησμένην ἐπὶ τῶν ἐνοικούντων. Perperam Maius et Muellerus Andaca urbem (Arrian. IIII, 23, 5) huc pertinere coniecerant 12 incensa uerisimilius quam incensam desperatamque oportunitatis 13 praeliis 14 Machedio suorum et suascitum A, suorum et suosce Maius, suos et suorum amicorum aut amicum Kochius; equidem in uera lectione inuestiganda frustra desudauit 16 compertoque A, Tum comperto Maius Accas A, idem gentis nomen cum bis recurrit, retinere satius duxi, quamquam apud Arrianum sunt Ἀσσανγοί uel Μασσαζαροί cf. Klugius pag. 12, adnot. 40; cf. Schmieder. ad Arrian. IIII, 25, 5 et 27, 5 et Duebneri adnot. crit. pag. XVIII anne Poturaeum A, Guracum Muellerus coll. Arrian. IIII, 25, 7, Potamoguracum Peiperus 17 in eo scire oppidam disciscere 18 hincce A, corr. Maius, hi nocte con. Peiperus sternitur 19 aut 21 se supra lin. add. man. pr.*

XXXXVIII. Hic Coenona ducem mittit Baziphara obsidere Attalumque Hora urbem, ratus casu Accarum eos ad obsequium ductum iri. Sed his loco magis quam exemplo fidentibus ipse utramque urbem quamuis impigre obluetatas, Baziphara siue Horam, nullo negotio transiens capit, quamquam Bazipharae uiri contemptu paucorum aduenas irruissent. Vbi tamen plerique cecidere, quisque euaserat petram munitissimam confluent. Is locus petrae ducentis stadiis circumitur, erigitur decem, aditu tenui, mollis in culmine et fontium scatens patiensque industriam mille hominum ruricularum. Igitur eo ueniens capit plurimas ciuitates. Tum petram adgresso obsidionemque molienti transfugae duces coepti moliminis uiam praecunt ei insensus. Itaque capti deductique praedae uictori fuere qui bello restiterant. At enim nuntiato rursus Assacanos Indos armis oppressisse studio fidentiore et elephantos suos per siluestria amandasse, ubi eo uenit, muros desertos incensamque urbem uidet et dilapsos omnes, qua tutius lateant. Quare aliis persecutione legata quaesitisque eorum elephantis et captis Indum cum exercitu uenit et his, quae longius sunt necessaria, coactis repertaque transitui substantia non sera transmittit.

XXXXVIII. India omnis orsa a septentrione amplexaque omne quicquid est persicum, Aegyptum usque Aethiopasque continuat. Ipsa uero extrinsecus ubique oceano munitur interfluo mari Hippalio, cuius sinus Persas includit. Sed enim nomen hoc Indiae late dispersum multarum admodum gentium est ferax, praecipue beluarum inter odora gignentium, qui sunt elephantis draconesque ingerales; nam pardi leonesue uel tigres iuxta haec cicures fuant. Ea uero tempestate quam loquor potens Indiae Porus erat, stupendus satis supra hominum

1 Hic A, Hinc *Maius* mit Bazifara A, Βάζιφα *Arrian. III, 27, 5* Hora A, Ὥρα *Arrian. l. s. s.*

2 casus eos A, eas *Maius* ductu 3 Bazifara *codicis uerba* Bazifara siue Horam *tanquam spurium additamentum reiecit Kochius* nulla transies 4 aduenas A, Macedonas *Klugius* 6 corumitur *incertum an eorumitur an torumitur* decem A, undecim *coni. Klugius coll. Arrian. III, 28, 3 ἕως δὲ αὐτῆς, ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, σταδίων ἴσθια* patensque 7 rursularum A, ruricularum *Letronnius* 9 uictori *errore om. Maius* restituerant 10 saca muros A, Accas muros *Maius*, Assacanos uel Assacenos *Klugius coll. Arrian. III, 30, 5* 11 amdasse A (*lin. supra m addita*) elefantos 12 persecutionem elephantia

13 Indu cum exercitum his A, hic *Klugius* necessaria copiis repertaque A, necessariis copiis reperta *Maius*; coactis *scribendum esse existimant pro eo quod est copiis* 14 substantiam non sera *dicitur substantia, quippe quam prope flumen Alexander nactus sit; cf. Arrian. III, 30, 9: ἐκεῖ δὲ καὶ τῆς ἰσχυροῦς ἐπιτυχῆ παρὰ τὸν ποταμὸν, καὶ αὐτῆ ἰσχυρῆ αὐτῶ ἐτ. q. s.* 15 persicam 17 Hippalio A, Hippalico *coni. Letronnius*, Hippalio *Peiperus*, Hippalici siue Hippalici nomen ceteris scriptoribus ignotum mari Erythraeo ab Hippalo gubernatore inditum esse monuit *Letronnius*; cf. *Arriani qui fertur periopl. § 57: πρώτος δὲ Ἰππάλος κυβερνήτης, κατανοήσας τὴν θέσιν τῶν ἐμπορίων καὶ τὸ στήρα τῆς θαλάσσης, τὸν διὰ πελάγους ἐξέστρε πλοῦν* 18 inter odora gignentium A, inter ceteras ingentium *coni. Muellerus* 19 draconesque ingerales *uidentur esse δράκοντες πλεθυσταί; fuit cum scribere mallet iacturales i. e. uenenatos; cf. Gloss. Labb. p. 255 ed. Lond. iacturale ἐπιζήμιον aut iaculares coll. Gloss. Labb. l. s. s. iaculares ἀκονισταί et iaculis (i. e. iaculus, ἀκονίς ὁ ὄφεις), de quo serpentium genere Plinius (VIII, 23, 25) ait: iaculum ex arborum ramis uibrari, nec pedibus tantum pauendas serpentis, sed et missili uolare tormento*

magnitudines, neque uero ingenio inferior quam artubus. Is ubi scit Alexandrum ad sese moliri, absit obnuntiat; sed incitat mage acrique bello superatur et capitur. Receptus tamen ad amicos Alexandri merito uirtutum procurare quod rex erat recepit. Ita pars est uirtutis his, quibus praefueris ut potior, aeque animo mox cessisse potiori; quoniam quisque mediocritatis est agnitor, satis fecerit sese noscendo.

L. Exim magnas Pecanum et Musicanum regiones exsequitur ac sibi congregat. Petram quoque quae Aornis uocatur affectat, cuius proceritudo sunt stadii quadringenti, supra cultoribus diues haud minus locupletibus quam securis; et est ei nomen ex celsitudine, quam nec alites supernolent. Sed enim hic quoque optinet fixu uecium, uia scansili † acesididas petitam. Nam magnitudine cum primatibus, quod ultra gentes, quas bello idoneas comperisset experiretur. Quo aduersum eas animo arderet? Milites uero ad haec ultra laborem uel pericula deprecabantur, annos decem, uulnera et suorum desiderium numerantes. Data igitur fessis quiete uolentibus utitur. Succenturiari tamen dimissis alios e patria iubet. Itaque uictoriae auaritia usus oceanum uenit.

LI. Ibi quoque inmodicus cupiditatis, quoniam in nauibus textis periculum uellet facere naturae, et quid sibi uel quisque id uellet ultra liceret. Iam denique composito apparatu Neptuno sacros tauros in mare donariaque ex auro deieceret, pretium noti faciens, si redimi haec a diis liceret. Verum repente cum flatu uolento rediens haustus oceani solito uehementior omnes hoc paratos inter naues conflagit et mergit. Neque agnitu difficile id erat, Deos noto refragrari, quibus quamuis ipse obniti abnuat, nequid impium audeat temptare, mittit tamen promptos audaciae nihilue regi audentes negare Onomarchum et Neona, (congestis naui quae cuique sic uolenti in longum usui necessaria) uti circum putato oceano comperta nuntiarent.

* 1 artuatus A, artubus *Maius* ubi sit 2 moliniri A, moliri ire *Peiperus*, moliri iter *Maius* 3 amicus

4 his A, ea *Maius* patior sane nunc mox A, *Kochio masore scripsi quod ipse conieceram* aeque animo mox 6 magnos Pecanes seu Pecani qui fuerint, non liquet; uerum prope accedere *Porticani regis cuiusdam nomen, cuius mentionem inicit Diodorus XVII, 102, monet Klugius. Nec Musicanorum mentionem factam reperias nisi ab uno Curtio VIII, 8, cum a reliquis scriptoribus rex alicuius Indiae regionis Musicanus uocetur cf. Klugius pag. 23; uerum frequenter apud orientis populos terrae ac principum nomina consentire constat* 7 quae *add. Maius* 8 aut 9 hic A, hanc *Maius* uecium A, *corr. Maius in additam. ed. Mediol.* scansili acesididas petitam A, scansili ac insidiis appetitam (*scribendum erat* petitam) *Maius parum probabiliter*; scansili, at ardua petitam *Kochius*; *codicis scripturam intactam reliqui, dum quis meliora protulerit* 10 Nam magnitudine cum primatibus A. Iam de magnitudine belli ortus est questus cum primatibus *Maius*; lacunam *indicauit* bello A, Helladi *Klugius coll. Ps. Callisth. III, 1* quas *add. Kochius* comperisset experire A, coegisset experiri *Maius*, compulsisset experiri *Klugius*; in conformandis uerbis *Kochium secutus sum* 11 quae A, quo *Maius* labore 13 quieti patria (*alteram a litt. supra lin. add. man. pr.*)

15 quoniam in nauibus 16 et quod A, eequid *Klugius* Iam denique uerba usque ad diis liceret (*lin. 18*) cuncta memorabili errore om. *Maius* 17 donaria quo precium 19 hoc A, ad hoc *Maius* agnito 20 abnuat *addidi ex coni.* obniti negat *Maius*, obniti nolit *Klugius* 21 audaciae nihilue A, nihilque *Maius* audentes A, audentes *Maius*; cf. *quae in prolegg. dixi* Onomarchum et Neona A, uulgo nominantur *Onesicritus et Nearchus*

22 circumputato A, circumspectato *Letronnius*, circumsrutato *Zachariae*

LII. Quippe Alexandrum animo fuisse ad appetentias rigido et indomito, hic quoque considerandum reliquit. Erat ciuitas Indiae quam multi confugerant magnitudine nimia et firmitudine inexpugnabili. Quam ubi Alexander obsidione adoritur, iubet fieri scalas pro muro praecelsas, easque admotas cum uegrandibus saxis desuper frangerent repugnantes, sola perdurat qua rex una duobus satellitibus euicerat, ipsum quoque multis desuper uel qua quisque poterat retrudentibus. Et quamuis scalas omnis suorum comminui uidisset neque ullo sese idoneo auxilio periclitaturum, irruit tamen unus omnia hostium milia una praedictis, (Peuceste scilicet et Ptolomaeo), atque cunctam multitudinem protinus urbis eius in sese conuertit. Perdius igitur duobus secum satellitibus conspirantibus rem pleni exercitus agitabat, ni uergente iam die a latere summo uulneraretur et recepto altius ferro decipi uiribus occoepisset. Id Macedones coniectati qui foris rem agebant, metu ne quid ulterius, (occupatis in regem intramuranis uniuersis nec desuper prohibentibus siquis irrueret), ni claustra effringunt suppetiatique in tempore iam regem sui recipiunt diffidentem. Facti denique mox ex indignatione saeuiores indiscretius dextris in aetates et sexus *usi nices* optinent, internicione omnibus caesis.

LIII. Exim constanter suadere milites regi conspirant, ne sese ulterius periculi uilitate damno tamen in proeliis abuteretur tanti prodigus sanguinis, obtinentque ne ultra, uerum Babylona ut redeat; Babylonique multo cum honore suscipiant. Per septem denique dies Alexander eo regressus Diis sacrificio operatur, quo fortunae grauamen repensaret. Post id conuiuibus et uoluptatibus comioribus causam morti hinc dedit. Morem sibi proceres exercitus fecerant, uti mutuo sese conuiuibus acciperent. Enim cum forte apud Medium conuiuarent, commessatione sese illis conuiuam facit. Statim denique Herulis Medius scyphum offert ad uina, neque is honorem Dei nomine aspernatus poculum complet stringitque continuum; eaque tantarum uirtutum uiro causa ad mortem fuit, ut, quem tot bellis aduersa uulnera non uicerant, sub fati inuidia iuuenilis confidentia solueret.

4 cum uegrandibus *scripsi*, cumue grandibus A, cum grandibus *Maius* 5 desuper uel *scripsi*, desuper ut A, d. aut *Klugius* 7 ideo auxilio A, *emend. Muellerus ex cod. regio 4880, in quo Iulii Valerii (III, 17) uerba et colentium uastitate excipiunt ea quae sequuntur, fortasse ex ipsius aliquo Itinerarii codice desumpta*: Interim cum unam ciuitatem Indiae obsideret, scalas muro percelsas admoueri iubet. Quibus admotis cum praegrandibus saxis de saxis (deiectis *corr. Muellerus*) frangerent oppugnantes, sola qua rex pugnabat durauit. Et cum nullo auxilio idoneo socios subuenire posse uideret, irruit solus omnia hostium milia, multitudinemque urbis in se conuertit: iamque urgente hoste a latere summo uulneratur et recepto altius ferro defici uiribus occoepit. Id Macedones coniectati ui claustra effrangunt regemque suum (*corrigendum erat sui*) diffidentem recipiunt; *cf. Muelleri adnot. ad Pseudo-Callisth. pag. 120 coll. pag. 176; eadem fere graece exhibet Pseudo-Callisthenes ed. Paris. u. 1711; cf. pag. 99 adnot. 12 ed. Mueller.* Puece scilicet tholomeo qui A, atque *Kochius*. 8 cunctantem A, cunctam *coni. Maius* 9 diu A, duobus *Kochius* die et latere A, *corr. Muellerus ex cod. reg.* 10 decipi A, defici *Maius* in Macedones A, *corr. Maius* 12 tempore 14 *usi inseruit Klugius* uires A, uices *Kochius* internicione 16 dampno praellis tanta prodigii 17 Babilona 18 quo fortunae grauamen *scripsi*, quos fortunae gramen A (*ita tamen ut postrema syllaba non prorsus certa sit*), quos f. gratias *Maius*, quo f. gratiam *Klugius* 19 comitioribus 20 acceperant forte *ex fortem corr. man. alt.* comesatione 21 conuiuio 22 his asparnatus poculum *ex populum corr. man. pr.* continuum A, continuo *Maius* 24 inuenilis confidentia *incertum an* confidentia

LIIII. Cuius ne casus prius quam laudium memor sim, ea quoque ponam hic, quae per diligentiam laborauit. Quippe quamuis bellorum ultra pertaesus consulenti per se exercitui concederet, bono tamen labori nihilum pepercit. Electo denique sibi ad eiusmodi patientiam comitatu ad Herculis stelas famae iactantia persecutus est, diebus nonaginta continuis emensa uia, dignam quidem illam rem pretio tanti laboris, siquis aurem ad fidem dicentis inclinet. Ii quippe tituli alter auro pingui, alter argento proceritudinis erant duodecim cubitorum, crassi uero per quadrum cubitis binis, adeo immenso pondere, ut eius periculum ipse rex fecerit terebrata crassitudine auri eius, cuius damnum mille quingentis mox aureis inferciuerit. Verum exim reuertens praerupta per loca caelo inlucido ut iuxtim se uiantes uix mutuo noscerentur, tandem Thermodonta amnem

1 nec priusquam 4 stellas emensa uia A, 5 quidam 6 Hii titula *potius quam* tituli A, post a litteram *Maii tinctura inductam sequitur spatium duarum litt., ut titulati uocem scriptam fuisse existimauerit Studemundus* 8 terebrata XII 9 ut *inseruit Maius* 10 Themodonta

INDEX NOMINVM

(asterisco notata sunt nomina coniectura restituta).

Abii Scythae 19, 15; 23, 1 et 4 abii mores 23, 3
de Abiis legatio Scythica 22, 19 Abiorum rex
23, 2
Abdera 5, 8
Abraxares 16, 21
Abydus 5, 9
Accae gens 25, 16; 26, 2
Acacidae 3, 12; 21, 12
aegense theatrum 3, 14
Aegyptus 10, 21; 26, 16 Aegypti opima 11, 12
Aegypti dii 11, 14
Aeropus 7, 1 et 4
Aethiopes 26, 16
Alexander Aeropi 7, 1 et 4
ALEXANDER MAGNVS 1, 3 et *deinceps usque ad* 28, 18
Alexandriae cognomines 19, 19 (Alexandria urbs
Aegypti 11, 16 et 12, 16) Alexandria (in Cau-
caso) 17, 22; 25, 5 (Alexandra) ad Tanaim urbs
19, 18; cf. 20, 8
Amphipolis 5, 6
Amyntas 25, 3
Amyntas (Sostrati pater) 22, 12
Anticles 22, 12
Antipater (Macedoniae procurator) 5, 3
Antipater Asclepiodori 22, 12 Antipatri nox 22, 12
Aornus 18, 7
Aornis petra 27, 6
Arachotae 17, 19
Aradus 9, 18 rex Aradi 10, 4
Arbelum 13, 9; 15, 6
*Arigaeum 25, 11
Arii 17, 9 *sqq.* 21, 5 Ariorum satrapa 17, 13 Ario-
rum regis 17, 15
Arimaspi 21, 6
Ariobarzanes 15, 25
*Aristonicus 23, 16 et 19
Armeniae montes 12, 19
Arsames satrapa 7, 14 et 16
Arsacidae 21, 12
Artaxerses 17, 11
Asclepiodorus 22, 12
Asia 4, 19; 5, 10 et 12; 6, 19; 19, 8 [19, 9]
*Asisines 7, 2
*Assacani Indi 26, 10
*Astes 25, 9
Athenienses 6, 15; 12, 15
Attalus 5, 11; 26, 1
Autophradates 10, 4
Babylon 15, 11; 28, 17
Babylonia 12, 20; 15, 14
Babylonii 28, 17
Bactra 14, 2 et 4; 16, 7; 18, 7; 25, 1 et 4
Bactriani refugae 17, 12
Batis eunuchus 10, 22
Baziphara 26, 1 et 3 *sq.*
BESVS satelles regis 16, 13 et *deinceps usque* 21,
Besi socii 19, 20
Bithynia 7, 11
*Bumelus amnis 13, 9
*Cadusii 14, 21
Callisthenes 22, 2 *sqq.* 25, 1
Canopus 11, 15
Cappadocia 7, 12
caspiae Phylae 16, 9
Castores 21, 15
Caucasus 17, 21 et 25; 19, 8; 25, 4
Causamela 13, 10
Choës amnis 25, 11
Chorasmiorum rex 23, 6
Chorienu rex 24, 17 et 19 Chorienu castellum 24, 17
Cilicia 7, 12 et 14; 8, 8 et 9

Clitus 6, 12; 21, 14 *sqq.*
Coele 9, 15
Coenon dux 26, 1
Constantinus (Constantii) pater 2, 5; cf. 3, 3
Constantinus (Constantii) frater 2, 5 Constantinus
imperator 2, 6
Cophen flumen 25, 6
Craterus 23, 20; *19, 22
Cydnus 7, 17
Cyprii 10, 5
*Cyra 19, 24
Cyri thesauri 16, 3 Cyri ciuitas 19, 21
Daci 4, 18
Dalmatae 4, 18
Damascus 9, 4 et 26
DARIVS 8, 9 et *deinceps usque ad* 17, 17
Darii mater 9, 3 et 12, coniux 9, 3 et 24, 13, mulieres
9, 9; filiae duae et filius 9, 3 affectus 9, 1 *sqq.*
affectiones 9, 20 f. 10, 12 amicitia 17, 7 eunuchus
13, 11 interfectores 17, 17
*Ecbatana 16, 10
Epardus 21, 5
Epimenes 22, 12
Etumandrus 21, 5
Euergetae 21, 5
Euphrates 9, 14; *12, 18 12, 19 limes Euphratis 10, 13
Europa 19, 9
Euxinus 4, 17; 7, 10; 19, 10
Galatia 7, 11
Gaza 10, 22; 11, 10; 19, 23
Gerostratus rex Aradi 10, 4 Gerostrati filius 9, 16
Getae 4, 17
Graeci 5, 18; 8, 14; 16, 5; 20, 4; 25, 18 graeci cus-
todes 19, 21 graecae legationes 12, 14 Graeci
quingenti qui Dario mercede militabant 17, 3
Graeciae 23, 9
Granicus 5, 15 et 16; 12, 16 Granici propugnator 21, 14
*Guraeus amnis 25, 16
Haemus 4, 16
Halicarnassus 6, 20
Hammon 3, 12; 8, 16 Hammonis sacrum 12, 1 patris
dei oracula 12, 14
Hebrus 5, 8
Heliopolis 11, 14
Hellespontus 5, 3
Hephaestion 9, 11
Heraclides 3, 13 Heraclidae 21, 12
Hercules 9, 29 Herculis scyphus 28, 21 Herculis
stelae 29, 4
Hermolaus Sopolidis 22, 7. 11. 17
Hippallium mare 26, 17
Hispaniae 2, 11
Hora urbs 26, 1 et 3
Hyrcania 16, 7 et 19; 17, 9 hyrcanum mare 19, 8
Idaeis conriuiis 5, 16
Illyrii 4, 18
India 26, 15 et 20 Indiae nomen 26, 17 Indiae ciuitas
28, 2 Indiae 17, 20 Indi 23, 8 et 22; 26, 10
Indus 25, 7 Indi transmissio 25, 8
Issus 8, 11 Issicum bellum 13, 15
Iuppiter Hammon 3, 12
Lacedaemonii 3, 16
Liber 12, 7; 21, 15 et 23
Lycia 7, 1
*Lycii 10, 5
Lycus flumen 15, 3
Lydia 6, 18
Macedo 5, 17 Macedones 8, 10; 14, 1 et *10; 15, 8;
17, 13; 19, 10; 20, 18; 28, 10 imperium Mace-
donicum 5, 3
Macedonia 3, 15; 6, 16; 7, 10; 10, 6; 25, 14
Maeotis 4, 17 maeotis paludibus 19, 9
Mallos 8, 9 Mallonii 10, 5
Maracunda quae Sogdianis est regia 19, 7; 20, 6; 23, 14;
21, 1 arx Maracundae 20, 19
Mardi 17, 4 et 5; 21, 5
Maronia 5, 8
Massagetae 23, 15
Mazaces satrapa 11, 13
Mazaeus 12, 18
Media 15, 11; 16, 6 et 11 Medi 21, 10 medica ami-
citia 10, 4
Medius 28, 20 et 21
Memphis 11, 13 et 15; 12, 14
Melana amnis 5, 8
Mithridates 6, 9
Moesi 4, 18
Musicanum gens 27, 5
Neon 27, 20
Neptunus 27, 16
Nicaea oppidum 25, 6
Nilus 11, 13
Oceannus 26, 16; 27, 13 et 17; 27, 21
Olympias 3, 12 cf. 5, 6
Onomarchus 27, 20
Orbelus mons 4, 15
Orpheus musicus 5, 1
Oxus flumen 17, 23; 18, 7; 23, 9 alueus Oxi amnis
18, 15
Oxyartes 24, 13 et 20 *Oxyartae regis affectus 24, 11
Paeones 14, 5 et 8; cf. 14, 11

- Palaestina 10, 21
 Pamphylia 7, 6
 Parapamisadarum regiones 25, 6
 Parmenion 5, 11; 8, 4; 10, 14 *et* 15; 13, 20; 14, 24 *et* 26; 15, 5
 *Parthyaei 17, 9
 Pausanias 3, 14
 Pecanum regiones 27, 5
 Peloponnesus 3, 15; 5, 3 Peloponnenses vires 4, 14
 Pelusium 11, 12
 Perge Pamphyliæ 7, 6
 Persa 5, 11; 9, 7 Persae 2, 7; 3, 16; 6, 15 *et* 19; 7, 3; 8, 14 *et* 27; 9, 21; 11, 23; 13, 13, 17, 23; 14, 10, 13, 25; 15, 9; 16, 1; 26, 17 persica expeditio 1, 2
 quicquid est persicum 26, 15 Persarum omne regnum 15, 17 persica multitudo 14, 21 nautalia 9, 16 persicarum opum conditorium 9, 26
 persici montes 15, 24
 *Persagadae 16, 2
 Peucestes 28, 7
 Pharasmenes Chorasmiorum rex 23, 6
 Phaselis 7, 1
 Philippi, urbs philippea 4, 16
 Philippus 3, 13 *et* 14; 7, 4; 21, 7 *et* 19
 Philippus medicus 8, 3 *et* 4
 Phoenice 9, 16 Phoenices 10, 4
 Phrataphernes satrapa 16, 21
 Phrygia 7, 1 *et* 10
 Pinarus amnis 8, 28
 Pisidia 7, 8
 *Pithon 23, 16
 *Polytimetus amnis 20, 21; 21, 3
 Gnaeus Pompeius 2, 11
 Porus Indiae potens 26, 20
 Pylae fauces montium persicorum 15, 24
 Pylae caspiae 16, 9
 Ptolomaeus Lagi 19, 1; 22, 15; 28, 8

 Rhodii 10, 5
 romana arma 2, 8 romana ciuitas 2, 9 romana salus 3, 10
 Roxane 24, 12
 rubrum mare 17, 20
 Sagalassus 7, 9
 Sagaris 7, 10
 Sardes 6, 18
 Satibarzanes Ariorum satrapa 17, 13 *et* 15
 Scythae 14, 3 *et* 11; 20, 7, 11, 21 Abii Scythae 19, 15
 Scythae equites 13, 24 scythica legatio 22, 19
 scythicae Vnimammae 23, 7
 Side 7, 7
 Sidon 10, 3
 Sogdiani 19, 7; 20, 20; 23, 9 *et* 16 Sogdianorum plebs 23, 24
 Sostratus Amyntae 22, 12
 Spartani qui Darii amicitiam petierant 17, 7 Spartanorum legati 9, 27
 Spitamenes 21, 2; 23, 15 *et* 19
 Spithridates 6, 11
 Strymon 5, 6
 Susa 15, 11 *et* 18 Susia ciuitas 17, 10
 Syria 9, 16 *Syra nates 22, 14

 Tanais 19, 8, 9, 18; 20, 7 *et* 12
 Tarsus Ciliciae 7, 12 *et* 16
 Taurus 7, 12; 17, 25; 25, 4
 Taxiles 25, 7
 Terentius Varro 2, 11; *cf.* 2, 15
 *Thapsacus 12, 18
 Thebae boeotiae 4, 19 Thebanorum legati 9, 27
 thessali equites 8, 27
 Thraces 4, 15
 Tigris 12, 21; 15, 19
 Tyrus 9, 28; 10, 1 (?) *et* 9; 12, 17

 Varro u. Terentius
 Vnimammae scythicae 23, 7
 Vxii 15, 19, 21, 22
 Xazacerta in Hyrcania 16, 23; 17, 9 *et* 16
 Xersis thesauri 16, 3 Xersis iniuria 16, 4

